

**I**ncipit liber decimusseptimus de arboribus  
et herbis et earum proprietatibus.

**D**istans adiu-

uante deo completus est liber  
vel tractatus de proprietatibus re-  
rum que in terra intrinsecus ge-  
nerantur. scilicet de lapidibus et gemis  
ac metallis et alijs que nascun-  
tur in terre venis. dicendum est breuiter de arbo-  
ribus et herbis et fructibus ac seminibus que ex eis me-  
diantibus radicibus percipiuntur. solummodo autem de  
illis arboribus et herbis aliqua sunt hic dicenda  
de quorum nominibus fit mentio in sacra pagina in  
textu vel in glossa. et si putauerimus faciemus  
per ordinem alphabeti.

**De arbore. Ca. i.**

**A**rbor ut dicitur. **Isi.**

li. xvj. ca. ab aruis nomen sumpsit.  
eo quod adherere terre fixis radicibus con-  
suevit sicut herba. utraque enim similia sunt que ad  
ortum. quia ex uno gignitur alterum. nam dum se-  
mentum in terram ieceris quasi herba prius pullu-  
lat et erumpit. dehinc perfecta surgit in arborem et  
quod infra breue temporis spatium herba videba-  
tur indurat in arbutum id est in arborem nouellam  
et teneram conualescit. et est dicta arbuta que ar-  
boris hasta. nam arbutum dicitur locus ubi arbores  
percreuerunt et ubi salices salictum. et carectum ubi  
carices ut dicitur **Isi.** In li. autem **Arist.** de vege-  
tabilibus ponuntur iste arbor et plantarum propieta-  
tes. dicit enim quod in arboribus et plantis est vita. id est vege-  
tabilis virtus que admodum in animalibus. sed differet. quia  
in plantis est occulta. in animalibus manifesta perfecta. scilicet  
completa. arbores enim non mouentur motu volunta-  
rio nec progressiuo sicut animal. nec mouentur secundum ap-  
petitum et delectationem et tristitiam sicut animalia queuis  
aliter senserint aliqui philosophi ut anaxagoras. et alij quos  
redarguit **Arist.** Vita itaque vegetativa est in plan-  
tis per quam fit attractio humoris ad ipsius arboris  
vel plante nutrimentum vel preseruationem. sed nul-  
laten habet sensitivam animam. unde non dolet quando in-  
scinditur. nec delectatur quando nutritur et cibatur. nec vigilat  
nec dormit nec spirat vel expirat. nec subiacet alijs  
additionibus que sunt proprie sensitive. nec ge-  
nerat arbor nec generatur per sexum et coniunctionem. sed in  
se habet rationem seminale per quam habet ex se produciendi  
potentiam similem sibi et suam speciem preseruan-  
di. sed hanc potentiam non potest produci in actu nisi  
ab extrinseco adiungetur. scilicet a temporibus anni. In-  
diget enim hyeme ad humoris seminalis aggrega-  
tionem. Indiget et vere tempore ad eiusdem  
emissionem. quia tunc nec est vehemens frigus que

lans vel exprimens nec calor vehementer adu-  
rens semen ac corrumpens. Indiget etiam sole re-  
soluente partes ipsius restrictas a precedente  
frigore. ut calor ingrediens segreget humores  
seminarium a nutritiuo. Indiget etiam terra plus  
quam aliud generans. quia ex terra est materiale prin-  
cipium sui nutrimenti sicut principium genera-  
tionis sue est a sole sicut a causa efficiente. et ideo  
ut ait **Aristo.** in libro de plantis. terra est mater  
et sol est pater plantarum. quia terra nutrit more  
matris et sol efficit more patris. quidam homo  
considerantes in arboribus et plantis generati-  
onem cibationem augmentationem duratio-  
nem et ex radice annuam renouationem et nullam  
penitus per urinam vel secessum eiectionem pu-  
tauerunt plantam animali perfectionem. Sed  
hoc reprobat **Arist.** dicens. quod arbor que est al-  
ligata terre non habet motum ex se nec ex suo  
toto nec ex suis partibus. nec habet formam  
determinatam in suis partibus. ita quod diuerse pres-  
terminentur diuersis operationibus per for-  
mas diuersas. ut oculus in animali ad viden-  
dum. et auris ad audiendum. nec habet animam  
perfectam immo non habet nisi partem partis  
anime. id est animam vegetatiuam. sed animal  
habet operationes plures et nobiliores quam plan-  
ta. ideo animali nobilius est omni planta. Di-  
uersificatur autem arbor quo ad substantiam  
virtutem et operationem. nam ut dicit **Arist.** li-  
bro de vegetabilibus ca. ij. quedam arbores habent  
gummi et resinam cuius ratio est. quia humor  
superabundans a calore totaliter non digeritur.  
nec etiam totaliter a regimine nature dimittitur.  
et ideo depellitur ad exteriora. et ibi a frigido  
aere circumstante infrigidatur. Item quedam  
habent nodos. quia illis mediantibus partes  
successiue generate adiuuicem colligantur. Item  
habet venas id est rimulas in quibus naturalis  
humiditas custoditur et a terra ad partes sin-  
gulas deriuatur. Item habet ventrem id est me-  
dullam in quo fit humoris decoctio atque trans-  
ferat in substantiam foliorum fructuum vel ra-  
morum. ut dicit idem. Item corticem habet ad  
interiorem ligni defensionem. quia quod facit  
corium vel cutis in corporis animalis superfi-  
cie. hoc facit cortex in arbore. ut dicit **Isidorus.**  
Item habet generaliter lignum siue truncum.  
ut dicit **Arist.** et sic dictum secundum **Isi.** eo quod incensum de-  
facili in lucem sit conuersus. unde licet dicitur de eo quod pnti-  
bus presertim lumem. Lignum itaque est pars arboris fortior  
et solidior et substantialior que a radice erigitur us-  
que ad summitatem ipsius arboris se extendit. Et  
habet quedam intrinseca ut medullam ad quam est re-

IVX.  
cursus nature cum subtrahit humor ab al-  
trinsecus. sicut in cibatione animal quoniam deficit nu-  
trimentum in membris ad sanitatem existentem  
in venis continue fit recursus. ut dicit Albu. et ex-  
presse Avicenna. et Constan. Habet insuper que-  
dam extrinsecus sibi annexa arbor. ut cortices  
ramos folia flores fructus et summitatem. Et  
ibidem dicit Aristoteles. cortice habet ad omnium interio-  
rum defensionem. ramos et virgas ad sui dila-  
tationem. folia ad fructuum novellorum protectionem  
ab extrinsecis corruptel. fructus ad sui speciei  
conservationem. rotunditatem siue rotundam summi-  
tatem habet arbor in suo complemento quasi figuram co-  
lumnalem que utique ut dicit Albu. ei accidit pro-  
pter uniformem extensionem humoris ad partes la-  
terales. et uniformem caloris digerentis humo-  
rem in tota sui substantia actionem. Habet ad-  
huc omnia planta vel arbor radicem. et in radice mul-  
tiplicem nodum. radicem quippe loco oris qua  
mediante trahitur humor ad totam substantiam  
arboris nutriendam. nodi vero sunt siles nervis  
in corpore animal. quia per illos nodos partes adin-  
vicem continuabiles colligantur. Item arbores ha-  
bent quasdam partes superfluas que non se-  
pes determinate a natura nec sunt necessarie ad  
esse plante et habent esse in arbore sicut pili et un-  
gues in corpore. Et ideo cadunt folia et fructus  
ab arboribus scilicet propter subtractionem humoris  
sicut cadunt pili de corpore animalis. et hoc acci-  
dit quia quoniam humor nutrimentalis minus est suffi-  
ciens subtrahit ipsum natura ab hominis partibus non  
necessariis ne deficiat in necessariis. et ideo ca-  
dunt generaliter ab arboribus tempore hyemali. re-  
manent tamen in aliquibus ut in buxo et corymbis. vel  
propter sufficientiam humoris. vel propter humo-  
ris viscositatem et ligni compactionem et solidita-  
tem. nam arbores que raram substantiam et po-  
rosam sunt habentes citius a suis foliis depau-  
perant et maxime quoniam humor nutritivus liqui-  
dus est atque paucos. Differunt autem arbores in mul-  
titudine suarum partium et paucitate. in magni-  
tudine et parvitate. in fortitudine et debilitate.  
Cuius causa est humor qui in aliquibus magnis  
arboribus est lacteus ut in ficibus. et humor talis abi-  
lis est ad se deferendum in latum et longum. In qui-  
busdam vero est piceus viscosus et insufficientis ad  
extensionem eo quod partes adherent adinvicem  
ad modum picis. et ita est causa puritatis et paucita-  
tis in partibus arborum et plantarum. talis autem visco-  
sitas non est causa debilitatis in plantis et arboribus  
nisi fuerit diminutus calor insufficientis et im-  
perfectus. In quibusdam etiam arboribus est humor  
acutus calide et sicce complexionis. et hoc in quibus-

dam est causa fortitudinis et vigoris. calidum enim  
est leve et subtile et penetrativum. et ideo talis humor  
se extendit et crescit arbor in magna quantitate  
Item in partibus arborum attenditur equalitas et simi-  
litudinis. quia equalitas in quantitate et similitudo in figu-  
ra causatur ex abundantia materie cum equalitate ca-  
loris agentis et oppositum a causa opposita causatur  
Eodem modo attenditur in eis raritas siue spissitu-  
do. quia raritas accidit propter insufficientiam ca-  
loris ad terminationem humoris. spissitudo autem  
accidit propter sufficientiam caloris ad condensa-  
tionem humoris et eius terminationem. Item dif-  
ferunt arbores et plante in modo fructificandi.  
nam quedam ut ibidem dicit Aristoteles. producant fru-  
ctum super folia sua. et hoc accidit propter fortitu-  
dinem fructus et indigentiam caloris solis dige-  
rentis humoris ipsius. quedam vero sub foliis. et hoc  
accidit propter debilitatem fructus ne ab excellen-  
ti calore vel frigore corrumpatur. et quarundam fru-  
ctus est suspensus a stipite suo. id est prope stipitem. et  
hoc accidit propter insufficientem humoris et insuf-  
ficientem calorem ipsum ad extremitates expel-  
lere non potentem. Item omnia arborum generaliter ha-  
bet radices que est mediatrix inter corpus pla-  
nte et terram a qua cibatur. unde et radix vite pla-  
nte dicitur secundum grecos. quia causam vite plantis ad-  
ducit. Item habet stipitem a radice immediate pro-  
cedentem. et hoc fuit necesse. ut dicit Albu. propter  
corpus plante vel arboris sustentationem. unde as-  
similat stature corporis animalis omnia membra cor-  
poris sustentantis. unde est stabile fundamen-  
tum arboris sustentans ramos et fructus eius. Item  
in duro stipite habet medullam mollem quam  
ut dicit Aristoteles. quidam vocant arboris matricem  
quia in ipsa seminarius humor plante nutritur.  
ut fetus in matrice. quidam vero vocant arboris  
viscera. quia in ipsa separatur purus ab impuro sicut fit  
in animalium intestinis. quidam etiam vocant eam cor-  
quia ex ea procedit motus vite vegetabilis sicut vita  
sensibilis procedit de corde cuiuslibet animalis. Item  
corticem habet omnia arborum ad suam terminationem et  
interiorum et defensionem ex humore subtili ex-  
tracto ad exterius et per calorem aeris desiccato sic  
lignum interius ex humore grosso sicco essentiali-  
ter et accidentaliter humido preceatur. ut dicit Aristoteles.  
et Albu. Item arborum sicut et plantarum quedam  
sunt domestiche et ortenses. quedam vero sunt sil-  
vestres. arbores vero ortenses sicut sunt plante  
si non fuerint culte erunt silvestres. ut dicit Ari-  
stoteles. et habet arborum quedam faciunt fructum et etiam ole-  
um propter humores unctuosos et aereum sufficien-  
tem et quedam non. propter talis humoris defectum. et in quibus-  
dam cito folia cadunt propter humoris raritatem non

vinctuosum cito siccabile. 7 in quibusdā n̄ pp̄t  
causā p̄trariā. Itē sicut ē diuersitas arborū 7  
plantarū i magnitudine 7 paruitate sic ē diuisi-  
tas in pulcritudine 7 deformitate. naz cis acci-  
dit pulcritudo pp̄t eqliatē materie 7 elegantē  
partiū ordinationē 7 calozē sufficiēter agentē  
7 extendentis materiā i rectā 7 debitā nature  
dispositionē. deformitas h̄o causat ex p̄trario  
tā in arboribz q̄s in plātis. Itē differt i bonita-  
te fructuū et mltā malignitate. 7 hoc accidit p̄  
pter maiores h̄oizis materialis dulcedinē vel  
minozē v̄l pp̄t calozis magis v̄l minus corru-  
dentis materie v̄l h̄oizis materiali debitā p̄por-  
tionē. Itē d. ibidē Arist. q̄ arbores 7 plante sil-  
uestres magis fructificant q̄s ortēses. 7 h̄ vt d.  
Albu. accidit pp̄t maiozē abūdātiā h̄oizis pa-  
rū vinctuosi 7 nodosi defacili cedētis diuisioni.  
expulsioni 7 in substantiā fructū p̄uersioni. n̄bi-  
lominus tū fructū ortēses s̄t meliores simplicit̄  
q̄s siluestres. vt d. ibidē Arist. c̄ rō ē vt dicit  
Albu. maiozis h̄oizis vinctuosi aerei v̄l dulcis  
abūdātiā q̄ i materia fructuū ortēsiū p̄fecti<sup>o</sup> in-  
uenit. Itē p̄siderat arborū diuersitas sic plāta-  
rū ex loci diuersitate i q̄ crescūt. naz q̄dā i locis  
aridis crescūt 7 siccis zulle s̄t minoris q̄ntitatis  
pp̄t defectū h̄oizis. q̄dā h̄o i locis h̄midis flu-  
uialibz 7 marit mis ac stagnosis. 7 t̄les solēt eē  
maioz q̄ntitatis. n̄ ille que crescūt iuxta ripas  
maris salsoz nō mltū crescūt pp̄t abūdātiā ha-  
renaz 7 h̄oizis attracti nūmiā siccitatē. iux tam  
mare rubz fallit h̄ vt d. Arist. vbi arbores fi-  
unt magne. 7 h̄ vt d. Albu. pp̄t abūdātiā hu-  
moris 7 calozis. Itē attēdit diuersitas i folioz  
7 floz variatōne. nā q̄dā habēt folia aspa. i. p̄  
pter d̄niū t̄restreitatis 7 siccitatis. q̄dā lenia p̄  
pter eqliatē aquee h̄uiditatis 7 p̄portionē de-  
bitā caliditatis. folia eē h̄nt q̄dā scissa 7 tū lata  
vt vitis. q̄d accidit pp̄t d̄niū t̄restreitatis 7 p̄  
uationē viscositatis 7 ineqliatē calozis materi-  
am inequalit̄ extēdētis. q̄ i t̄libz h̄oiz vinctuo-  
sus 7 viscosus trāsit i materiā fructuū. aq̄l<sup>o</sup> h̄o  
7 t̄restreis i materiā trāsit folioz. vt d. Albu. Itē  
variāt arbores 7 plāte i extremitatū p̄tū suaz  
varia figuratōe. nā q̄rūdā extremitates s̄t pira-  
midales 7 acute. vt z i sp̄iosis i q̄bz calor s̄t n̄io-  
rē h̄oizē veloci<sup>o</sup> attēbit ad exteriora 7 illū de sic-  
cādo p̄uertit i acumē. grossiore h̄o p̄tē cōiūgit  
cū stipite 7 radice. vt d. Albu. p̄rie at̄ figurē ex  
cā p̄ria generāt. 7 h̄ idē p̄t z i fructibz q̄ vt dicit  
Arist. s̄t diuersoz modoz. nō eī s̄t oēs āgulosi  
.i. figure āgulari neqz oēs sup rectā lineā s̄t p̄-  
tēsi imo q̄dā s̄t circulares pp̄t eqliē materiā h̄o-  
ris 7 eqliē actōez p̄tut̄ agēt̄ 7 caloz̄ p̄ quē ma-

terie p̄tes eqliē extēdūt 7 a medio vsqz ad cir-  
cūferentiā vniformit̄ p̄dūt. Anglares h̄o ex  
cā p̄ria simplr oriūt. Itē variāt i coloratōe di-  
uersa. nā tā fructū q̄s flores tā rami q̄s stipites i  
arboribz variāt vt d. Arist. Ex h̄oizē eī frigidō  
t̄restri melācolico nigrescūt 7 vilescūt. ex h̄ūido  
7 frigidō albescūt. ex calido rubescunt. 7 sic de  
alijs vt d. Albu. sub t̄li eī d̄ia d̄nant̄ h̄oizis et  
agētis calozis substantiā digerētis i p̄dicti oibz  
sapoz d̄ie generāt. Itē d̄nit tā arbores q̄s plā-  
te i fructuū maturatōe. nā q̄dā amaturescūt citi-  
us. vt d. Arist. sicut moza 7 cerasa 7 p̄silia 7 h̄  
accidit pp̄t sufficiētiā calozis. potētis sup h̄ūi-  
duz. maturādū 7 digerēdū 7 obedientiā h̄oiz  
actioni calozis n̄laten<sup>o</sup> resistētis. q̄dā h̄o ma-  
tuos h̄nt fructū tardi<sup>o</sup> pp̄t grossiciem h̄oizis  
aq̄li iobediētis 7 insufficientiam calozis digētis  
7 h̄ accidit potissime i arboribz q̄ s̄nt siluestres.  
Eadē rō q̄re q̄dā arbores citius frōdescūt et  
q̄dā tardi<sup>o</sup>. cito emittūt folia pp̄t abūdātiā hu-  
moris aquei nō indigesti nō vinctuosi s̄t fluidi 7  
defacili se extēdētis ad arboris siue plāte extre-  
mitates. 7 ex p̄riū cā p̄riū accidē p̄suevit.

De arbore aromatica.

Ca. ij.

**A**rbor aromati-  
ca aliqñ h̄z aroma i cortice. aliqñ  
i flore. aliqñ i fructu suo. vt z in cina-  
momo q̄d ē cortex. 7 i nuce q̄d ē flos 7 i musca-  
to q̄ fructū. Est at̄ cā aromaticitatis vt d. alb.  
siccū t̄reū subtile p̄mixtū subtili aqueo 7 fm e<sup>o</sup>  
d̄niuz magis in vna p̄te arboris q̄s i alia ē vna  
pars magis aromatica q̄s alia. alia h̄o arbor ē  
tota aromatica fm omnes sui partes vt arbor  
balsami cuius singule partes s̄nt odoris fragrā-  
tiam respicantes vt post dicit. Inter aromati-  
cas h̄o plantas 7 arbores quedam grana in q̄-  
bus est rō seminalis procreantur. quedam per  
se ex competentī cōmixtione elementozum p̄-  
ducuntur. quedam ex radicis vel stipitis plan-  
tatione multiplicantur. quedam per insertiōē  
furculi in trunco esse debitū sortiūtur. vt d. Al-  
bu. Inter omnes arborum insertiones ille s̄nt  
magis laudabiles quādo similia similibus inse-  
runt. vt d. Arist. q̄d duplicit̄ intelligit̄ v̄l i plā-  
tis p̄siliis sp̄ei vt i sercio sic<sup>o</sup> i ficū vitis i vitē. vel  
de ill̄ q̄ h̄nt h̄oizē p̄portionabilē inē furculuz  
7 trūcū cui inserit̄ ita q̄ h̄oiz vni<sup>o</sup> sit aptus ad  
aliū nutriēdū sicut qñ furcul<sup>o</sup> p̄ri i trūco mali  
inserit̄ v̄l ecōuerso. Itē notabile ē q̄ furcul<sup>o</sup> i-  
sertus alteri trūco totā p̄tutē trūci i suā p̄tutē  
p̄tutit 7 transmutat qualitatem. si eī fiat inser-  
tio oliue sup radicē siue trūcū bete p̄tus oliue

descendit in virtutem bethe 7 indurat eā 7 fac  
eam durare p aliquō tempus. 7 tandem humidi-  
tatem ibi exeuntes ad se attrahit 7 transmutat  
in suaz silitudinem aut puerit. vt dicit **Albu.**  
super finē pmi libri. **Ite** dicit idēz non pueni-  
unt defacili ex semine malo plante bone. nec ex  
bono semie vl radice arbores male. q̄uis ī aīa-  
libus sepius p̄trariū videat. cui⁹ rō ē vt di. **Al-**  
**bu.** q̄ planta est terre affixa 7 vniforme recipit  
a terra nutrimentuz. **Animalia** hō nō sic ppter  
natiuitatem p̄plexionis 7 etiā ppter p̄trarieta-  
tem appetitus siue appetibilis volūtatis. 7 ideo  
aliud est in aīalibz aliud ī arboribz. **Item** ī om-  
ni genere arborz sic ē q̄ p culturā debitā silue-  
stres p̄uertunt in ortenses. 7 ponit **Arist.** ibi ex  
emplū q̄ amigdali amari p culturā efficiūt dul-  
ces. **Similiter** 7 malagranati acidi mediocres.  
**Dicit** etiā q̄ arbor habens grossuz corticem  
cito fit sterilis. 7 hoc accidit vl ppter defectum  
vnctuosī humoris qui est materia fructuz. vel  
ppter duriciē corticis p̄hibentis euaporatio-  
nem grossi quod in arboze est nociuū. sed dicit  
ibidem q̄ si scindat radix eius 7 illi scissure lapz  
immittat rursus secūda fiet c⁹ rō est vt di. **al-**  
**bu.** q̄ p istam scissurā fit nociuū grossi euapora-  
tio 7 calor solis vel aeris circūstantis introdu-  
ctio cuius virtute fiet ipsius hūoris corrupti cō-  
sumptio. **Item** d̄z ibidem amigdala 7 mala-  
grana mutant a malicia p culturā. nā malagra-  
na stercore porcino fumata 7 aqua dulci riga-  
ta meliorant. c⁹ rō est vt di. **albu.** q̄ p calidita-  
tem 7 siccitatē hui⁹ fimi supfluitas aquosa rep-  
mit in granatis. sed ne per excessuz caliditatis 7  
siccitatis fimi p̄uertat fructus in amaritudines  
p̄petit apponē aquaz dulcē caloris 7 siccitatis  
dominiuz temperantem. **Similit** amigdala vt  
dicitur ibidē clauis p̄fixe gūmi p multum tps  
emittūt 7 aquosā supfluitatē impediētē gene-  
rationē vnctuosī humoris qui est materia fru-  
ctuū. 7 ita p hec a sua malicia alterant. vt dicit  
**albu.** **Item** ibidem arbores 7 plante siluestres  
p artificū 7 culturā fiūt ortēses fructifere 7 fer-  
tiles. ad hoc aut vt siluestris planta fiat fructi-  
fera vel alteret in bonitatem a malicia multuz  
p̄fert locus 7 labor in colendō 7 maxie tps āni  
in quo plantat sic ibi dicit **Arist.** 7 ponit exem-  
plum de boleno id est insquiamo. quia qd ē na-  
tum in psia est p̄ciosum sed transmutatum 7  
transplantatum in egiptū 7 in hierusalē fit cō-  
mestibile. 7 hoc accidit vt dicit **Albu.** q̄ p tpa-  
mentum loci a distempantia ad mediū reuoca-  
tur. **Item** tali transmutationi maxime coopat  
tps vt dicit **Arist.** arbores que indigent plan-

tatione plantant plures in vere 7 hoc ppter tē-  
perantiam caloris et hūiditatis confortantuz  
caliditatem 7 hūiditatem arborz 7 plantarum.  
**In** hyeme hō pauce ppter supabundantiam  
frigiditatis 7 hūiditatis. sed ī autūno ppter  
frigiditatem 7 siccitatem paucissime hō in esta-  
te post ortū stelle canicule 7 hoc ppter dominiū  
caloris 7 siccitatis p̄sumentium hūidum na-  
turale in planta 7 p̄cipue ī radice. **In** egipto  
hō semel in anno fit plantatio q̄n scz terre illi⁹  
siccitas tpat ex fluxu nili. vt di. **Arist.** 7 **Albu.**  
**Item** ibidem d̄z q̄ arbores diuersimode pdu-  
cunt frondes suas. **Quam** quedā ex radice que-  
dam ex stipite. quedam iuxta terram. quedam  
in ramis 7 virgis iuxta summitatē. quedā ī me-  
dio. **Causa** diuersitatis h⁹ in pducendo ē di-  
uersitas humoris aquosi subtilis lenis 7 nō vn-  
ctuosī qui est materia folioz. 7 equalit nō abū-  
dat in oibus. 7 opatio caloris est dissimilis ī di-  
uersis. 7 ideo dissimilit ex illo hūore pducunt  
frondes. siliter quedam fructificant semel ī an-  
no 7 quedā pluries. 7 non maturant fruct⁹ vlti-  
mi sed crudi remanent 7 indigesti. qz ppter vici-  
nitatem hyemis calor non sufficit ad imaturan-  
dum. semel autem fructificare p̄fecte magis est  
consuetum. quia semel in anno semē colligunt  
7 semel sufficit calor ad extensionē hūoris 7 ad  
extremitates arboris 7 ad p̄uersionē eius ī sub-  
stantiam fructus 7 eius completam maturatio-  
nem. **Item** quedaz arbores sunt fertiles p ml-  
ta tpa ppter abundantiam caliditatis 7 hūorū  
vnctuosī sicut ficus. 7 quedum vno anno fru-  
ctificant 7 alio requiescunt vt oliue. c⁹ rō est. qz  
in sequenti anno reficiunt restaurando sibi hu-  
morem. tātū em̄ emittūt vno anno ad substan-  
tiam fructus q̄ntū requirit secundus ann⁹ ad  
humoris restauratōem. licet multos pducant  
ramos tempore refectionis. modicum tū tē-  
poris pducunt fructum. **Item** quedam arbo-  
res sunt fertiliores in iuuentute q̄ senectute. qz  
in iuuentute plus abundant in calore 7 humo-  
re. quedam hō ecōuerso plus fructificant in se-  
nectute q̄ in iuuentute. c⁹ rō est vt di. **Alber.** q̄  
in iuuentute plus abundāt de hūiditate q̄ na-  
turalis calor possit digerere. 7 ita fit inobediēs  
calori. in senectute hō miorat humor 7 fit obe-  
diens digestionī calori. 7 hoc patet in amigdal  
7 piris sicut exemplificat ibi **Arist.** **Ite** d. **Aris.**  
q̄ tam arborz q̄ plantaz siluestriū 7 ortensiaz  
diuersitas discernit p masculos 7 feminas. qz  
arbor mascula est spissior durior 7 densior et  
ramosior q̄ femina 7 siccior 7 fructus e⁹ breui-  
or 7 maturior 7 folia diuersa 7 surculi quozum

omnium ratio est vt dicit Alber. Quia masculē arbores plus abundant in calore et siccitate q̄ femine quo partes masculē vehementer constringantur adinuicem et faciunt arborem spissiorē. Intensio em̄ caloz multiplicatis humorē et ex tēdētis in plures partes fac̄ ramosiorē. sicut etiam intensio siccitatis cōsumentis humorem efficit sicciorē. Soliditas etiam et strictura venaz arboris masculē phibet humorē multuz emitti ad vnū locū arboris siue plante. vt reuertatur in substantiam fructus et ideo fructus habet breuiorem. folia similiter h̄ diuersa a femina. q̄ aspiora et minora ac strictiora ppter dōminuz siccitatis. similr et surculos duriores h̄ q̄ femina et h̄ ppter maiorem humiditatem ex tēdētis in seina maḡ q̄ in mascula. Itē dicit Aresto. Quod si folia vel puluis folioz vel cortex masculē palme. folijs femine componant vt cohereant. citius maturabuntur fructus femine et prohibent casum folioz et fructus donec completus fuerit digestio. Et huius ratio ē vt dicit Albertus q̄ mascula palma mediante aere deferēte auget calorem femine quo mediante excitat calor ei⁹ ad opatōez digestionis quam Arest. pepensim vocat in li. meth. Item dicit Aresto. q̄ discernit masculus a femina p pullulationē velociorem. prius em̄ pullulat q̄ femina ppter calorem fortiorē et etiam p odorem. q̄ mascula plus odorat q̄ femina ppter maiorem subtilitatem fumi sicci resoluti a mascula et non a femina. Itē dicit Arest. q̄ ventus d̄fert odorem masculi ad feminā et mutabuntur citius eius fructus simulq̄ coherebunt partes sc̄z fructuz femine ad maturationem q̄ folia masculi in illa sc̄z in femina sunt apprehensa. Dicit etiam Albertus. q̄ folia masculē palme iuncta folijs femine ita adinuicē coherebūt q̄ vix poterūt siue scissura abinuicē separi. Itē dicit idē arestotiles q̄ ficus siluestres pferunt ficibus. ortensibz q̄ ex opposito pplantant. q̄ siluestres sunt calidiores et sicciores. et ideo excitant calorem ortensiu et confortant. Item humor ficus siluestris resolutus et dilatatus ad radicem ficus ortensis ipm nutrit et confortat. Similiter dicit ibidem Arest. q̄ balaustra qui (est flos malagranari. sed hic ponit p arbore sc̄z malagranata) oliuis pferunt si cū eis plantent eo q̄ balaustra abūdant in calore cōueniente nature oliuarum. Hec de p̄prietatibus arboz et plantaz p̄traximus de verbis Arest. li. j. vegetabilium. et gl̄. alber. q̄ transtulit et exposuit eundem. In li. autē animalium. xvij. dicit Arest. oēs arbores q̄ fructificant oī anno sūt segnes. Arbores inquit q̄

nimum faciunt fructū cito desiccantur q̄ ab̄ transit in semen. i. humor nutritiuus q̄ deberet nutrire trāsit in materiā semīalem. Alias p̄prietates nobiles et insignes tam arboz et herbarū q̄ plantaz possumus elicere ex verbis arest. et alber. in li. ij. vegetabilium vbi dicit. planta habet tres vires. nā a terra habet fixationē. ab aqua coadunationē. ab igne h̄o cōsolidationē et partiu terminatōez. ex aere et igne h̄z raritatem et dilatationē ac extensionem. fructuū cōpletionē ac maturationē. Sine em̄ calore et humido aquo sum nō terminat et finit vt p̄z ibi in exēplo arest. nā later nō coagulat nec terminat in esse latericeo sine igne ptes aqueas cōsumente. et terreas ppter cōiungente. Ex aere et aq̄ parit et ex igne habet arbor raritatem et porositatē. ex aqua h̄z augmentādi possibilitatē q̄ qd̄ oīno solidū est augeri nō pōt. vt ibidē dicit aresto. et ideo lignū maximū et ponderosū nō h̄z mergi i aqua. vbi modica p̄ticta auri submergit aut lapilli. et hoc accidit q̄ lignum ē porosū et iō p aeris subintrationē intra poros sup aque superficiem h̄z ferri. ligna h̄o que sunt vltime soliditatis et p̄pactiōnis sicut hebenus et cōsimilia. in aqua subito petunt fundū vt dicit aresto. ibidē. vbi dicit q̄ ex hebeno nigro expiravit aer et ideo submergit. Porosa aut vinctuosa supenatāt q̄ multū habent aereitatis materiā p̄tra aque superficiē eleuantis vt p̄z in folijs et plumis vel p̄nis et oībz vinctuosis. nā vt dicit Aresto. Propriū ē aque substantiaz aereā subleuare et cōpacta deprimere. et ideo rara et porosa aeris susceptibilia supenatant. compacta h̄o et p̄pressa inferiora petūt et ad infima se pfundunt. Itē vapores terrestres et aquei p calorem coagulati sūt materia herbarū et plantaz q̄ p̄mixti p calidum igneum et p virtutem stellaz recipiunt formas cōpletivas herbarū et plantaz. et h̄ q̄ ad semen et q̄ ad fructum. Calor itaq̄ inclusus in coagulato sic humore ad plante nutrimentū attrahit aquaz dulcem cui etiā coopat extrinsecus calor solis. Actio aut caloris exterioris cū p̄pria caliditate naturali digerit naturalem humorē in eodē loco et cōuertit in substantiā plante vñ fm̄ Arest. terra montuosa q̄ est dulcis dulces continens humorē iō in illa citius nascuntur plante et maturant fructus. Quā montes attrahunt humorem dulcem et subtilem quibz cooperat claritas aeris tam in attrahendo q̄ in digerendo et fit cito cōuersio illius humoris in substantiaz plāte vt dicit Arest. Item dicitur ibidem q̄ quandoq̄ frigus sc̄z aer frigidus fugat calorem ad īten⁹ terre et aggregantur partes eius cū aqueo

humido et p̄ calorem depressum a cōpimente  
frigido ad interiora decoquit vapor sic coagu-  
latus z in substantiam plante cōuertitur et scin-  
dit locus p̄ intensiōem caloris z sic egredit̄ ex  
eo planta. **I**tem q̄q̄ aer mixtus cum terra et  
cum aqua in fundo aque coagulat̄ z p̄ actionē  
caloris terminantis. z digerentis illud mixtum  
cōfusum generat̄ planta vt ptz in neniphar et  
in alijs herbis minimis que solent crescere i aq̄s  
z quaz folia tegunt aquam. z he nascuntur sur-  
sum non expansē. tū p̄pter subtilitatez aeris et  
aque dulcis sursum cleuantis. tū p̄pter solidita-  
tem terre radices infer̄ sustentantis a qua plā-  
ta recipit rigorem radices z stipitis sustentatio-  
nem in sua erectōe. **I**tem arest. ibi in locis essentia-  
liter frigidis et accidentaliter calidis vt in quibz  
aqua calida fluit multociens nascit̄ plāta. quia  
calor aque cōtrahit frigidū humorem ad sup̄-  
ficiem terre in locum mixtionis. vñ ex aere z va-  
pore terreo cū humore aque imbibito p̄ calore  
aque et stellaz in plante substantiam coagulā-  
tur. s̄ hoc non fit nisi p̄ multum tempus vt dic̄  
**Arest.** p̄pter calorem accidentalem nō conueni-  
tem generationi talis plante. **I**tem ibidem dicit  
**Arest.** q̄ plante comestibiles melius crescunt  
in locis lenibus z atlis z calidis q̄ in his cōtra-  
rijs qz in locis planis et equalibus abundat hu-  
miditas z maxime qñ dulcedo adest z aeris tē-  
peries. simul in locis bene altis qz ibi etiā puri-  
tas aeris z abundantia humoris dulcis. z hoc  
p̄pter spongiositatem z vaporem dulcez attra-  
hentem. z ideo in montibz frequenter melior ē  
fertilitas z meliores crescunt fructus. in valle cū  
difficile mouetur aer. **U**n ex cōculcatione ibi cito  
putrescit aer z vapor grossus. vñ sequit̄ bra-  
ua digestio. **H**inc est q̄ ibi inuenit̄ humor sal-  
sus. vt dicit **Albu.** aq̄ em̄ salsa grauior ē q̄s dul-  
cis vt patet in exemplo **Arest.** ibidem vbi dicit.  
**D**uuz positū in aqua dulci statim petit funduz  
in salsa nō nabit. terestritate ei sua z grossi-  
tie poterit pond̄ oī sustinere. z ideo aqua dul-  
cis facilius attrahit̄ ad loca alta q̄s salsa scilicet  
p̄pter suam depurationem subtilitatem et leui-  
tatem. **I**tem **Arest.** lutuz ignitū. i. firmū z tenax  
cito p̄ducit plantam vinctuosam p̄pter facilez  
transmutationem talis luti in vinctuositatē vt  
dicit ibi **Albu.** **E**t ad s̄ vt durabilis sit planta  
optet vt habeat bene digestum humorem z vñ-  
ctuosum. vnde ille plante q̄ habent indigestuz  
humorem sapuente frigiditate cito arefcunt  
vñ z caulis vltra triennium non durat. tñ si ei in-  
seratur ex natura plante insite in stipite fiet de-  
coctio z cōuertitur in naturam insite. z durabit

diu. **I**tem vt dicit **Arest.** planta crescit q̄q̄z ex  
lapide solido et duro. nam aer inclusus in lapi-  
de nititur ascendere s̄ cū nō inueniat exitum li-  
berz p̄pter lapidis soliditatem reflectitur z mo-  
uet̄ ad lapidis ptes z ex sua agitatōe calefit. ca-  
lefactus aut̄ aer attrahit sursum humorem re-  
siduum qui est in lapide. et exit vapor cū humo-  
re illo cū parua resolutione p̄tium lapidis z ex il-  
lo vapore z humore de lapide educto quando-  
qz planta generatur ad interiorio caloris solaris z  
aerem prius calefactum vigorantis ac digerentis  
humorem a lapide iam attractum z in sub-  
stantiam plante transmutantis. s̄ nō diu durat  
planta talis nisi terra circumstante z dulci aqua  
irigante z temperato aere foueat̄. z hoc p̄pter  
humoris paucitatē. **I**tem **Arest.** **P**lanta si fue-  
rit p̄pe solem id est versus orientē citius nascet̄  
z s̄ p̄pter sufficientiam caloris. tardius nō  
si fuerit ad occidentem p̄pter caloris elongatō-  
nem. **I**tem ibidem dicit **Albu.** ex temperie ser-  
uat̄ cuiuslibet plante incrementum si em̄ nimia  
fuerit humiditas oppilantur vie et pori p̄ quos  
deberet nutrimentū ascendere ad arboris exten-  
sionem. **E**odem modo si nimia fuerit siccitas cō-  
stringuntur pori z sic planta non nutrit̄. **I**tem  
**Arest.** **Q**uelibet planta quatuor indiget. scz  
semine terminato z in sua specie p̄fecto z matu-  
ro z a putrefactione cōseruato. z cōuenienti lo-  
co. i. territorio generationi plante cōgruo. z aq̄  
moderata humore scz temperato. z aere cōsimi-  
li scz mediocriter tēperato. qz vt dicit **Albu.** si  
aer fuerit nimis calidus calor naturalis euapo-  
rabit apertis poris. si nimis frigidus suffocabit  
plantam prima duo sunt necessaria ad plāte ge-  
nerationē secunda duo necessaria ad eius nutri-  
mentum z cōseruationē. **I**tem species et plan-  
te medicinales que crescunt in montibus ad ve-  
scendum sunt minus delectabiles. z ad digeren-  
dum fructus habent duriores. et hoc p̄pter ve-  
berientē coagulationē p̄ calorem agentē in hu-  
miditatem. z ideo tales fructus non multū sunt  
nutribiles. vt dicit **Arest.** quia vt dicit **Albu.**  
**Q**uanto planta ē magis medicinalis tanto mi-  
nus nutrit̄. **I**tem loca a sole remota non erunt  
plantaz multaz sicut nec animal fecunditatis  
multe est in talibus locis vt dicit **Arest.** cuius ra-  
tio est vt dicit **Albu.** quia illi qui sunt direte s̄  
septentrione habent diem cōtinue per dimidi-  
um annum. per reliquum autem noctem. **I**bi ḡ  
raro crescit planta vel animal in estate non po-  
test propter continuationem caliditatis. in hye-  
me nō non pōt propter continuationem frigi-  
dis. et ideo vt dicit **Arest.** **P**lanta ibi genera

ta non habet vires folium neq; fructum ppter defectum caloris agentis in tempore anni. z ppter supfluitatem eius in alio. Item arbor multaz spinaz multum habet de humore vinctuoso. et cū se mouerit ille vapor vinctuosus p calorem ppiū cooperante calore stellaz digerit et cōuertit in substantiam plante que ei inserit. vnde illam digestionem opat calor vitalis i plāta cū calore extrinseco competente z crescit plāta insita gracilis z extensa sursum. Unde ppiū est plante multum spinose vt in ea fiat insertio plante alterius speciei et hoc vt dicit Albu. qz habet multū humorem attractatū ab exteriori calore vinctuosum. z ita cōglutinationem expulsiibilem a calore interiori in pluribus locis. ita qz pars eius superior cum expellitur est subtilior z penetrabilior p quam pōt aperire multos poros plante et ipos ingredi. z ipam incorporare et consolidare plante inferiori. Ita planta que inserit. plantam siue truncum cui inseritur trāsmutat in suam speciem z nō econuerso cuius ratio est. vt Albu. dicit. qz inferior planta mouet superiorem p humorem z calorem quem ei transmittit. sed superior humorem attractum vltimū digerit z decoquit et in naturam suam conuertit z postea virtutem suam in inferiorem transmittit. et alterat illam cui inserta fuerit et cōuertit eam in suam naturā z speciem. Item quinq; sunt species generationis plante vt dicit Ares. scz ex semine z putredine. et ex humore aque z ex plantatōne. z ex vnius in aliā insertione. Itē sunt arbores que pducunt fructū ante folia vt dicit Aresto. sicut ille que habent multum humorem vinctuosum materialem ad fructū. quē vt digesserit calor naturalis simul cū calore solari cito maturabit fructum z ille humor vinctuosus abundans pibet humorem aquosum materialem ad folia ne ascendat in folia ant p rumpat ante fructum in tali planta. Item que dam citius pducunt folia q̄ fructum. z h ppter defectuz et paucitatē humoris vinctuosi et abūdantiā humoris aquei materialis ad folia quez calor solaris citius attrahit ad locum pductionis folioz. q̄ vinctuosum humore ad pductionem fructuum. z ideo tardat maturatio vinctuosi humoris materialis ad fructum. et fit pcessio folioz. Item quedā simul pducunt folia cū fructu vt ille que habent p̄dictos humores mltos z pportionales z calorem interiorē exteriori calori solis in aere equaliter opantes in vtroq; z vtrunq; scz aquosum in folia z vinctuosum in fructus equaliter expellentem. Item aresto. antiqui sapientes asserbant fructus z folia esse

idem. et folia nō esse nisi ppter fructum nec differre abinuicem materia nisi h̄m maiorem vel minorem digestionem aquosi z crudi humoris. Humor em̄ aquosus et subtilis cito attrahit a calore solis et cedit in folia. qui h̄o magis ē vinctuosus z digestus cedit in materiam ipius fructus. Itē dicit Arest. qz aliquę arbores sunt spinose nō ē de intentione nature plante substantiam generantis s̄ accidit ex raritate arboris siue plante p quam attrahit humor frigidus parū coctus et exiens p illam arboris raritatem a calore solis in spinaz coagulatur et fit in spina forma pyramidalis incipiens iuxta stipitem a grosso z lato et in parte anteriori terminat in acuto. nam humor subtilis qui ad spinā est cā materialis elongat paulatim a planta z in longum et acutum se diffundit. eodez mō faciunt omēs arbores quaz ptes pyramidalis sūt figure. Itē arbores exteri⁹ generalit̄ sunt virides. interi⁹ albe. ps em̄ interiori habet materiā appropinquantē ad albedinem z ps exteriori ad virorem. nam materia que attrahit ab interiori et expellit ad exteriora in cortice aliquantulum digerit z in virorem transmutat quia viroz medius est color inter ruborem qui puenit ex pfecte caloris actione. z inter albedinem que puenit ex imperfecta. Item Aresto. Arbores variant in figura. nam quedam sursum. quedā deorsum. quedam h̄o inter hec tenent medium. Ille em̄ in quaz medulla viget humor subtilis quē mouet et attrahit calor ad superiora pyramidant. i. in formā pyramidalem ad modū flame. que ascendit in cōmuni virute ignea eleuant. Ille h̄o in quarum medulla viget humor grossus et aquosus inferiori deprimunt z angustant. Unde et ille partes sua grauitate inferiori mouentur z in grossum in parte infima coartant. In quibus vero erit humor medius. et inter grossum et subtile tēperat. pars ascendet sursum et erit causa eleuationis. et ps deorsum que ē causa ingrossationis vñ h̄m maiorem vel minorem digestionem illi⁹ humoris in radice et medulla solet magna apparere arbor in figura. naz necessaria est prima digestio in radice ad eius incrementū. secunda h̄o necessaria est in medulla ppter cōpletionem maturationē. dilatationē. z cōseruationem. Et sufficit ista duplex digestio ad plantaz cōpletionem. et tertia in solis animalib; reperit vt dicit Arest. et exponit Albu. Item diuersificant arbores in folijs et in ramis h̄m multitudinem humoris vel paucitatem. et caloris fortitudinē vel remissibilitatem. nam si calor fuerit fortis et humor multus. multa in exitu erunt folia atq; ra-

mi et ecōuerso. 7 fm raritatem humoris abilis ad consumptionem 7 desiccationem. desiccant ipsi rami. cadēt folia. remanebit arbor vacua atq; nuda. et in contrarijs modo cōtrario se habebunt. Item vt dicit Aresto. nō solum pyramidant spine in arboribz. vñ etiam eadē figura inuenitur in folijs 7 in fructibus. q; si meatus plante p̄rio fuerint ampli 7 valde rari in principio humoris 7 p̄ siccitate 7 frigiditate cōstringantur. folia 7 fructus inferius ingrossabuntur 7 in superioribz gracilabunt. 7 pyramidant 7 hoc p̄pter attractiōē leuioris partis humoris ad superiora. vi caloris et repulsum humoris grauioris ad superiora. Contingit tñ tam folium q̄ fructus sepius acui in extremitatibz 7 pyramidari. s. qñ virtute caloris et raritate humoris superior particula leuigatur. et parte inferiore cauda ei? existente humor in medio distendit 7 sic substantia fruct? vel folij in medio dilatatur 7 vtraq; extremitas p̄pter dominium ignee virtutis in cōmuni quodāmodo ducit 7 subtiliat. 7 sic in pyramidem transformatur. Itē ibidem dicit Aresto. q; arbores et plante quedam faciunt flores ex humore subtili 7 puro existente in medulla. non tñ p̄ omnia terminata nec digesta fm vltimā fruct? cōpletionē. disposita tñ ad fructus p̄ductionē quedā aut arbores p̄pter nimiam humoris viscositatem nō habēt flores q; ille humor nō p̄ subtiliari 7 p̄pter suā vinctuositatē in subtilitatem floridam dilatari. vt ptz in ficu que nō hz flores ex causa iam dicta quedā etiam non habent flores p̄pter humoris liquiditatem q; non p̄t in floribus substantiam coagulari. vt ptz in palma 7 silibz vt dicit Aresto. 7 ideo fm diuersitatem materie in qua diuersimode agit calor. diuersi colores in floribus tam herbarū q̄ arborū generant. sed ista p̄sequi nō ē presentis negocij. 7 ideo de eis ad presens p̄pter tedium fore arbitror quiescendum. Tñ alias sup addit aresto. p̄prietates in sine. ij. li. quas non reputo contemnendas. Dicit em̄ circa finem. Planta inquit habens grossum corticem multū extendit in altitudine 7 hoc p̄pter extēsiōem humoris 7 impulsū caloris. nam grossitudo corticē humorem recipiens. nō sinit illum defluere. nec eē p̄pter suam densitatem p̄mittit calorem p̄ poros euaporare. ex qua necesse habet se diffundere et dilatari. vt ptz in pino in palma 7 in cōsimilibz vt dicit aresto. Item ibidem arbores habentes lacteum humorem magnam habēt vinctuositatem 7 calorem fortem in radice. 7 ideo resoluūt hūiores vsq; ad exteriora arboris 7 generant gūmi aliqñ liquidi. aliqñ ex exteriori aere

frigiditate coagulante in modū lapidis vel cōchule indurate. 7 hoc accidit aliqñ ex frigiditate cōstringēte. aliqñ ex caliditate liquidiores partes educente et cōsumente et grossiores cōpingente sicut ibidem dicit albu. Itē ibidē arbores q̄dam alterantur fm t̄pis alterationem que in estate virescunt. in hyeme pallefcunt 7 tñ folia sua non pdunt nec p̄ciunt. forte ei habent calorem incoꝝporatum. 7 ideo calor fugit ad interiora arboris et etiam foliorū. a facie frigidi aeris hyemalis et iō exteriora pallida 7 glauca fiunt. tñ nō cadunt folia p̄pter viscositatem humoris 7 intensam fortitudinem caloris. Item ibidem. Arbores facientes fructum in principio faciūt fructus amarus. qñ scz nouitior sunt plantate et in eaz fructu tunc dñat amaritudo vel pōticitas sapor scz accedens ad amaritudinem. Cui? cā est. qm̄ prima digestio acida est 7 pontica p̄pter humoris attracti grossiciem 7 terrestritatem et p̄pter caloris digerentis paucitatem 7 debilitatem. 7 ideo generatio talium fructū ē p̄ter dulcedinem. q; ipoz humor crudus remanet 7 in digestus. s. p̄ cōfortato calore. 7 augmentato humore depurato. calor digerens humorem ip̄s efficit sapidū atq; dulcem. q; vt ibi subdit Aresto. etiam amarum in ignem missum dulcescit. et hoc accidit fm albu. p̄pter illam quam recipit a virtute ignis digerentis immutationem. Itē ibidem. In locis acidis frigidis scilz atq; siccis aliquando producantur fructus dulces quia calor innatus intra acetosum humorem inclusus per calorem solis adiutus digerit illam acetositatem 7 conuertit in dulcorem. 7 erit fructus dulcis. q̄uis acida sint folia 7 etiā extremitates in quibz non est tanta digestio 7 caloris operatio. quemadmodum est in fructu. Contingit tñ aliquando q; propter superuenientem nimiam adustionem ille fructus primus factus dulcis conuertit in amaritudinem propter superfluum calorem 7 humoris residui paucitatem. Item ibidem. In locis temperatis et teris ante dies vernales fructus celerius maturefcunt. p̄pter caloris sufficientiam 7 aeris exterioris dispositionem temperatam. Item ibidem quedam sunt arbores que primo faciunt fructus dulces. deinde pontici efficiunt et amari. sicut arbores mirabolanzum. cui? causa est vt ibidē dicit q; arbor talis habet fructus magne raritatis etiā in hora digestiois cū sit meatus magni 7 ampli sequitur calor sufficiens humorem materialem ad fructum 7 maturabit fructū. 7 iō hmoi fructus in digestiois principio erit dulcis. s. postq; calor etñs i meatis cōsumentibz hūore induc sicca



tem quia constringit meatus et poros ita quod nec calor nec humor potest ad locum fructus pervenire mutantque frigiditas et siccitas calorem et humorem propter quod alterat fructus in ponticitate eo quod prohibet omnis ascensus siue accessus caliditatis innati et humoris per constrictiorem indurctam a siccitate. et sic erit frigiditas vincens in fructu propter defectum caloris. et erit fortis ponticitatis propter iuncturam siccitatis. Sed tandem calor innatus eleuat ad locum fructus et vigorat per calorem solis. propter quod vincit iterum frigiditatem et inducit intensam caliditatem et siccitatem et sic erit fructus amarus. In arboribus plantandis pariter et ferendis etas lune maxime consideranda est nam que plantantur in plenilunio recto vel in recto nonilunio minus conalescunt et si conaluerint fructum faciunt vermiculosum. et fructus tunc plantate arboris citius putrescunt. Similiter et arbores que tunc de terra prescinduntur minus durant et citius a vermibus corroduntur sicut dicit costant. quere super li. viij. de effectibus lune. Item inter arborem et eius fructum est quoddam retinaculum quo fructus adheret arbori. sicut fetus per umbilicum adheret matri. ut dicit Constant. et illud retinaculum prius est debile et laxum et attractivo humori adhuc vicinum. et ideo fructus tunc defacili excutitur si fortioris venti impulsu tunc temporis arbor moveatur sed post paulatim calore humoris indurante fortius adheret et fructus ita defacili non tunc cadit sed in fine fructu maturato et ad debitam quantitatem producto arefcit illud retinaculum vel putrescit. et ideo fructus defacili mouentur tunc ad casum. Et quanto arbor profundius figit radicem tanto attrahit plus humoris et si fructifera est plus abundat in folijs fructibus et ramis. Item arbor superfluis abscessis melius fructificat. nam transit humor in fructum qui transiret in nutrimentum superfluum. Hec de natura et proprietate arborum in generali dicta nunc sufficiant.

De amigdalo.

Capitulum. iij.

**A**mgdalu est arbor mature florens et dicitur hanc amigdalu per arborem et hic amigdalu per fructum. Unde quidam ait. Sunt matura mora pura ficus amigdala mora. Tamen hanc amigdala le. inuenit per fructum ia sacra pagina. Numeri xvij. Sacra eius scriptura ut dicit Hiero. non vult se semper subicere grammatice legi nec vult illi arte regi. Isido. aut li. xvij. sic dicit. amigdala grecum est que latine nux longa vocat. Hanc nucidam multi vocant. quasi minorem nucem. de qua virgilius. Cum se nux plurima siluis induit in flo-

rem. Cunctis ei arboribus prior floribus se conuenit. et ad inferenda poma arbuta sequentia pervenit hucusque Isido. De amigdalibus dicitur. arefco. in li. de plantis. quod indigent cultura et maxime quando sunt antique. unde si clavis perforat emittet quoddam gummi. et depurabitur humor in medulla que materia est ipsius fructus. et ideo plures fructificant amigdalibus bene culte quando sunt antique que novele. Duplicem autem fructum fert amigdalu scilicet dulcem et amaram ut dicitur in plat. et dulcia amigdala vtilia sunt ad cibum. amara vero ad medicinam sunt ei calida et sicca. de dulci amigdalo dicit Dyasco. quod si recens cum suo folliculo comedat predest stomacho. sed caput gravat. caliginem nutrit. venere accendit. somnum facit. ebrietati resistit. Item dicit ibidem quod si vulpes comedat amigdalum morietur. Sepe enim quod medicinale est bovis. venenosum et mortiferum est alteri animalium et econverso. Item idem. Fere tota arbor amigdalorum amarorum est medicinalis. Nam radix eius elixata sine cocta. et trita maculas vultus tollit et purgat fronti linita dolorem capitis mitigat. vulnera putrida mixto melle mundificat atque sanat. cortex etiam et folia sunt mundificativa exterminativa et sanativa. Oleum autem de amigdalibus extractum vermes et lumbricos in ventre necat. menstrua provocat et purgat. contra surditatem efficaciter invadit. et aurium sanum mundat et desiccatur si tepidum auri instilletur ut dicit dyasco. Item flores eius decocti in oleo caducos et letargicos excitant. cum melle triti moribus caninis obviat. ulcera sanat. gummi quod de amigdalibus exudat mixtum potioni sanguinem rejicientes iuvat. et sic patet quod parum vel nihil est in amigdalo quod non conveniat medicinis ut dicit dyasco.

De abiete.

Capitulum. iij.

**A**bies nomen est arboris sic dicte ab eundo eo quod pre ceteris arboribus longe abeat et in altum altius se extendat. Cuius natura est ut dicit Isido. li. xvij. quod est expers terreni humoris. et ideo abilis est atque levis. Ex abiete autem dicuntur abiega ligna vel alia que de abiete componuntur. Et abietarius dicitur qui aliqua de abiete operatur ut dicit Isido. Item Aresto. autem abies est arbor in altum se extendens plurimum habens raritatis in substantia et subtilis humiditatis. et ideo calor eius naturalis a solis calore fortificatur et illam humiditatem defacili eleuat et per sursum mittit et sic ipsam in arboris substantiam convertens arboris altam facit. Est etiam arbor mire rectitudinis. parum vel nihil habens tortuositatis. et hanc pro-

virentes caloris et equalitates humoris operationi caliditatis obedient et ideo directe sursum sine aliqua tortuositate eleuat. Quis enim abies generet ex humore leui et subtili. illius tamen humoris superfluitate reijcit natura ad eius superficiem. scilicet in lignum et corticem. et ibidem a calore exteriori inuiscat et in naturam resine cuiusdam odorifere transformatur. propter eandem etiam viscositatem vinctuosa ligno abiegnata incorporata abies igni apposita facillime inflamatur. Varijs insuper edificiorum structuris abies accommodatur et maxime propter suam rectam altitudinem et formam pyramidalis edificationi nauium utiliter adaptatur.

De aloa.

Capitulum. v.

## Aloa arbor est aromatica

quae in india generatur ut dicit Dioscorides. Et est arbor odoris suauissimi atque fragrantissimi. particula vice tymiamatis altaribus adoleat. vnde nomen extraxisse dicitur. De ligno autem aloes dicitur in Platone. Aloes est lignum calidum et siccum quod recipitur in magno flumine babiloniae cui coniungitur flumen paradisi. Unde a pluribus creditur quod praedictum lignum in paradisi arboribus oritur et casu aliquo vel impulsu de paradiso in india deducatur. habitantes autem iuxta flumen missis rebus in flumen lignum intercipiunt et reseruant vsui medicinae. multum est ei medicinale. Lignum autem aloes est triplex ut dicit Constantinus in libro graduum. primum est valde ponderosum et quod est nodosum est valde aromaticum. et est subamari saporis et subnigri coloris et subrubi et contritioni dentium non omnino resistens. Dicit etiam quod cum masticatur statim odor aromaticus videtur attingere cerebrum et quodammodo replere. Secundum genus est minus ponderosum nec adeo aromaticum nec amarum. Tercium genus est subalbidum valde leue nec est alicuius saporis et parui odoris nisi sit aliunde coaptatum. Sophisticatur autem lignum aloes cum quodam ligno sibi simili in ponderositate et nodositate et modico aromate. et a quibusdam lignum aloes siluestris nuncupatur. Si lignum confricitur cum plumbis ut color immutetur. addita superfluitate aurum ut fiat aliquantulum amarum et subrubi et ponitur in decoctione optimi aloes cum musto ut fiat valde aromaticum. et sic fit ut vix ab optimo discernatur. cognoscitur tamen quia durissimum est et masticationi dentium omnino resistit et dum masticatur sapor amarus interiori non sentitur. Lignum aloes stomachum confortat. digestionem procurat et debilitatem cordis ac cerebri confortat. circa sinuopim et cardiacam maxime passionem iuuat. Nam contra omnes cordis passiones et debilitates

ex frigidityte puenientes valet vinum decoctionis aloes. sed quia vinum inde fit amarum modicum apponatur et pro delicatis cum aqua rosea vinum temperetur. et tale vinum poterit diu reseruari. quia a ligno multum immutatur. eius fumus per nares receptus in frigidatum cerebrum calefacit et debilitatum confortat. Et ut laudes eius concludam in omnibus corporis debilitatibus subuenit et adiuuat si quis modo debito uti sciat hucusque placet.

De aloa.

Capitulum. vi.

## Aloe etiam dicitur

cuiusdam herbe succus que herba aloem appellatur hec herba in india et persia et locis alijs plurimis reperitur cuius succus exprimitur et ad ignem decoquitur. et post soli exponitur et exsiccat ut dicitur Platone. Aloe etiam tria sunt genera scilicet citrinum epaticum et caballinum. ut dicitur Platone. Et differunt iste tres species in bonitate. nam bonum est caballinum melius est epaticum sed optimum est citrinum. et discernuntur ex colore citrino et rubro. et precipue cum frangitur puluis apparet ac si esset puluis croci. et est eius substantia clara maxime quando confringitur pro minuta frusta. et quod frangitur ex eo minus est fetidum et minus amarum. Epaticum vero aloa assimilatur epati in colore colorem enim habet epaticum. id est nigrum et foramina quedam venarum. obscuram etiam habet substantiam et non claram. et est amarum quam est citrinum. Caballinum autem aloa nigrum est et obscurum. et fetulentam habet substantiam et amarissimum saporis et horribilissimum odorem. sophisticatur autem caballinum ita ut videatur epaticum vel citrinum cum puluere croci et aceto si decies in illo intingat et desiccetur et tunc innouatur eius color et odor ut citrinum vel epaticum videatur. discernitur tamen quia cum frangitur et digitis confricatur. statim fetidissimum sentitur et amarissimum inuenitur quod non est in epatico et citrino. Omne autem aloa quanto de sua natura est minus amarum et minus fetidum est magis laudabile. Aloe autem quous ex natura sit amarum tamen multipliciter est utile et salutarum. nam flegma coleram et melancoliam mundificat atque purgat. membra nervosa confortat. stomachum a viscosis humoribus et nocuis euacuat. caput a dolore releuat quoniam fumositas stomachi caput granat. visum clarificat. splenem et epas deopillat. menstrua puocat. in corpore discolorato bonum colorem generat. ab ydrope corpus preseruat et in principio curat. puluis eius cum melle dat lubricos. id est vermes ventris necat. fluxum capillorum prohibet et a casu preseruat. arthricos iuuat. pruriginem oculorum placat. membrorum ge-

italiū vlcera sanat. putredinē oris et gingiuarum mundat. recentia vulnera sanat cōsolidat mundificat ⁊ desiccāt. amarum est ori sed dulce stomacho. stomachū eī in frigidatuz ⁊ debilitatum confortat ⁊ digestionem adiuuat et ꝑcurat. hec omnia d̄ dyasco. et plat. et auicen. excerpta sunt.

De arundine.

Capitulum. viij.

**A**rundo est media inter herbas et arborem. herba quidem robustior et durior s̄ arbor est fragilior. exteriū plana et interiū vacua et caua. nodosa lenis in paludibus enutrita ventcedens defacili manū ledēs. de arundie dicit *Pl.* li. xvj. Arundo ē dicta eo q̄ cito arefcāt. in indicis aut stagnis crescūt arūdines ex quaz radice expressum suauissimū succum bibūt. vñ et varro dicit. Indica nō magna in arbore crescit arūdo. Illius et lentis premic radice bñoz. Dulcia cui nequeunt succo contendere mella.

De amomo.

Capitulum. viij.

**A**momū vt dicit *Pl.* li. xvij. ē vocatū eo q̄ hz odorem veluti cynamomū. nascit̄ in syria et armenia. cui frutex botrosū semen reddit sibi connerū habens florem albū similem viole. ⁊ folia similia bñone. odore etiā suo p̄ bono somnos suauificat. Amomū est herba odorifera vt dicit dyasco. et ē coloris subrufi folia bñs cōiuncta et semina copiosa habens ad modum viole florez albū. Et amomi triplex species qd̄ dam eī ē armenicū ⁊ illud ceteris est nobilius. fului quidem coloris. s̄ odoris optimi et virtutis maxime ac valoris. Aliud ē qd̄ crescit in locis hūidis et aquosis ⁊ ē leue tactu. saporem exprimens atq̄ gerens. Tercū vocat̄ ponticū rufū nō longū. Est aut eligendū qd̄ ē recens et albū. semine plenū super virgas purpureas expassuz maxie odorifex et ponderosū qd̄ masticatuz quodam acumie mordet linguā. An̄ habens colorem nō variū nō diuersuz vt dicit auicen. et dyasco. De amomū hz fm̄ eosdē autores virtutē calefaciendi et etiā desiccandi. ictibz scorpi onum occurrendi. sua decoctione in aquā oculos fouendi ⁊ a suis doloribus releuandi. hz virtutē dolorem viscerz sedandi. et ventositatē extenuandi ⁊ mēstrua ꝑuocandi. elixatuz siue decoctio sumpta habet virtutem freneticz sbueniendi. epateticos adiuuandi et eē podagricis succurrendi. in oibz siquidez nobilibus antidotis et receptionibus et medicinis solet amomū

sepins adhiberi. q̄uis loco ipius multi aliā herbam amonidem scz ei quidē in colore simile. sed in odore et virtute penitus disparē apponere sunt consueti vt dicit auicen.

De aneto.

Capitulum. ix.

**A**nētum ē herba cuius semen cōsimili noie ē vocatuz cuius semen primo conuenit medicīne. radix secundario. sed tercio ipsa herba cuius semen pōt seruari per triennū in magna efficacitā vt dicit dyasco. Melius tñ est vt singulis annis renouetur. cuius radix adhuc viridis alicuius est valoris. sed desiccata nullius vt dicit idem. Habet virtutem diureticā calidaz scz ⁊ apertiuā et cōpactorum diuisiuam ventositatis et inflationis extenuatiā et torsionis vētris et viscerum mitigatiuam. Item virtutē habet calidi cōfractiuam. mēstruoz ꝑuocatiuam et meatuum vinalium apertiuā. singuloz ex plenitudine amputatiuam. somni ꝑuocatiuam durarum collectionum in corpore resolutionem si coctum cū oleo ꝑ emplastri modū apostemati apponat. Item flos eius cum vino coctus dolorem capitis aufert si inde caput fomētetur. Item cinis eius vulue stillanti appositus ipsam reprimit et desiccāt. Item decoctum aneti cū oleo rigorem neruoz laxat multis ⁊ aliis subuenit passionibus sicut dicit idem.

De aniso.

Capitulum. x.

**A**nisum eisdē habet virtutes quas et anetum. s̄ saporem habet dulciorem. et eius semen est magis minutum et rotundum et a multz vocatur dulcinū vt dicit in plat. Virtutem habet dissoluendi cōsumendi et ventositates destruendi. digestionē confortandi. oppilationes splēis et epatis apiēdi. ⁊ frīgēdi calculū ꝑuecādi mēstrua ⁊ oēs meat⁹ it̄ oēs apiēdi ⁊ emdādi. Et iō q̄uis sit iqtitate semē minutissimū. ē tñ multum vtile in virtute. ⁊ plurimū salutariferum.

De allio.

Capitulum. xi.

**A**liuz ab olendo ē dcm̄ eo q̄ olet vt dicit *Pl.* li. xvij. Q̄ odor ē tamfortz q̄ oēs alios reꝑmit supat et fetozes. Et iō ꝑ loca corrupta necessario trāsituri siue putrida purgaturi fortissimi se munūt alliatz fm̄ dyasc. Allium multas habet virtutes et tam bonas q̄ malas ꝑprietates. qz ex diuisis cōpoitur virtutibz vt dicit idē. Vētrē siqdē et stōchū turbat et siccat. s̄i amo

uet et corpori appositum corpus vicerat et vul-  
nerat 7 si nimis a colericis sumatur in vsu. cor-  
pus inflammat et desiccatur lepram generat mania  
et frenesim excitat. visum ledit et hebetat. 7 ido  
colericis natura nocet. nā colerā rubeaz cito ge-  
nerat 7 adustam multiplicat 7 augmentat. fle-  
gmaticis 7 frigidis multam cōfert. Est autē du-  
plex eius genus scz domesticū et siluestre quod  
scordeon a medicis nuncupat. c<sup>o</sup> flos debet re-  
colligi 7 in medicinis apponi vel admisceri. non  
em opat cū impetu sicut solet domesticū opera-  
ri. Alij autē domestici capitibz maxie vtunt. in c<sup>o</sup>  
natura multiplex efficacia reperit. naz p̄cipue hz  
virtutem dissoluendi 7 cōsumendi 7 expellendi  
venenum 7 oē venenosum. Unde nō sine cau-  
sa vocat ab antiquis auctoribus tyriaca rustico-  
rū vt dicit dyasco. maxie autē valet 7 morfus 7  
venenū canis rabidi. si cū sale 7 nucibz interius  
accipiat addita herba ruta. hec em quatuor ad  
inuicem cōterant. 7 ad quantitatem magne nuc  
patienti sepius offerant. 7 h̄ cum vino. eadē eti-  
am confectio sup̄ morsum exterius apponatur.  
vulnus em sanat 7 venenum attrahit 7 consu-  
mit. 7 a piculo liberat ac p̄seruat ita efficacit sic  
tyriaca. Item allium virtutē habet incidendi hu-  
mores grossos 7 consumendi 7 ita valet calculo-  
sis 7 strāguriā patientibus. i. difficultatem  
viniandi. menstrua etiam puocat 7 emēdat vē-  
trem. lumbricos 7 alios vermes in ventre inter-  
ficit si cū pipere et succo mente 7 aceto ad mo-  
dum sale offerat. dolorem ylioꝝ 7 lumboꝝ  
allium mitigat. si mundatum ac trituz 7 cū oleo  
coctum sup̄ dolorem locum ad modū emplastri  
apponat. Valet etiā p̄tra morpheam. i. lepraz  
cutis si locus in q̄ est morphea scarificat 7 post  
cū allio trito fricat 7 cathaplasmet. Contra ser-  
pentum morsus valet si tritum cum larino oleo  
apponat vt dicit dyasco. Itē ydropicis p̄dest.  
qz humorem intercutaneū cōsumit 7 desiccatur  
tumorē sedat. grāia 7 cruera vlnera 7 sordida  
purgat 7 p̄glutiat 7 sanat si puluis allij p̄busti  
supponat. Coctum etiam allium cum aq̄ fon-  
tana 7 oē dolorem loci 7 tumorem tollit. caue-  
dum tñ est ne cōtinne in cibus assumat qd̄ mul-  
tuz noceret oculis. Unde versus. Allia vina ve-  
nus puluis ventus faba fumus. Ita nocēt o-  
culis h̄ vigilare magl. Sedz Arest. aut li. d̄ plan-  
allium hz similitudinē cū lilio 7 cōicat cum illo i di-  
spositōe capitis 7 in tunicellis. et habet virtu-  
tem sementinā in tunicellis radicis sue 7 in gra-  
nis suis natis in summitate haste sue. 7 id̄ cepu-  
la allij posita in terram. p̄ducit plantam simile  
7 semen. 7 habet tunicas multas 7 folia pirami-

alia 7 bastā cauernosam 7 porosam. Allium eti-  
am sicut et liliū primū facit semen stipitis sui  
et in tenui folliculo i grana cōiungit. cepa 7o nō  
coniungit grana sua. h̄ in pediculis sine pedibz  
paruulis nutrit ea et emittit. Facit allium radi-  
ces capillares sic liliū et sicut crocus 7 huius-  
modi. Sed in hoc differunt radices allij a lilio.  
qz nō ramificat i allio sicut ramificat in lilio. 7 sic  
allium renouat folia ita renouat radices et sel tñ  
emittit semen scz i. ij. āno postq̄ seminat id̄ hz  
allium tunicas plures 7 ramosas vt ille tunice sunt  
cibus 7 nutrimentū secundis radicibz 7 secun-  
dis folijs 7 stipite eius. q̄ propter crescentibz se-  
cūdis folijs 7 stipite attenuant 7 euanescent tu-  
nice eius in terra. Et simile huius in cepis inue-  
nit. In h̄ autē allium differt a cepa qz qlibet allij  
tunica carnosā si plantet crescit ex ea plāta. sic  
7 liliū qd̄ de tunica sua plantata in terraz emittit  
plātā. 7 h̄ accidit qz in suis tunicellis ē virtus se-  
minatiua sicut in carnosīs partibz alioꝝ. nō sic  
aut fit ex cepa. nō em ex qlibet eius parte plan-  
tata. crescit plantā. sed de toto capite cepa plā-  
tata emittit plantam. qz virtus seminatiua non  
est in qualibet pte cepe h̄ in toto. In h̄ etiā dif-  
fert allium a lilio qm̄ eius ptes carnosē qm̄ plan-  
tant emittūt gramina sua 7 folium p̄ mediū car-  
nis sue h̄ tunicelle liliij emittūt ab vno latere sui  
iuxta et non a medio. Hucusqz Arest. li. de plā-  
tis fm̄ nouam translationem.

De absinthio.

Capitulum. xij.

**A**bsinthium ē her-  
ba acerrima calida et sicca rebemē-  
ter et stipitica 7 amara vt dicit dyas-  
co. Cui<sup>o</sup> duo sunt genera. vnū est ponticū ha-  
bens colorem viridē. et saporem ponticū. 7 ama-  
rum. aliud est subalbidum 7 minus amarū 7 ē  
minoris effectus q̄ primum. in sine veris colli-  
git in ambra desiccatur p̄ annum in magna effi-  
cacia conseruatur. Dicit autē contrarias habe-  
re virtutes sicut plat. dicit. scz relaxatiuā et con-  
strictiuā. constrictiuā inest ei ex grossitie sub-  
stantie 7 ponticitate. laxatiuā inest ex caliditate  
et amaritudine. vnde quando recipit interius  
si inuenit materiam compactam propter ponti-  
citatē sue substantie 7 grossiciem reddit mate-  
riam compactiore. 7 sic est causa maioris cōstri-  
ctionis. materia 7o existente abili et digesta ca-  
liditate dissoluit eam 7 ponticitate sua compri-  
mente expellit eam. Syropus de absinthio fa-  
t<sup>o</sup> epati subuenit 7 stomachum confortat appeti-  
tum inuitat ebrietati obuiat 7 repugnat. ycteri-  
ciam curat et colorem eius alterat et immutat.

fuccus eius cum puluere coctus splenez deoppi-  
lat. dolorem stomachi et intestinorum ex ventosita-  
te puenientem dissoluit et mitigat succus eius  
auribus instillatus humiditates ab eis distillan-  
tes desiccatur cum felle thauri tritum absinthium et auri-  
bus iniectum dissoluit sonitum et auditum roborat  
et emendat. dolorem capitis ex fumositate sto-  
machi. pcedentem succus eius sedat. liuorem et  
dolorem ex percussione cum puluere cimini et melle  
amputat si per modum emplastri apponatur. **Lū-**  
**bucos** et venas aurium succus eius necat si in-  
stillet. succus est potatus visus clarificatur. et oculis  
impositus ruborem curat. si sepius infundatur libros et  
pannos a vermibus et muribus tutos seruat si  
cum eis in cistula reponatur ut dicit **Macro.** Item  
morsibus migalis et draconis obuiat et sanat si  
bibatur. Item eius decoctio ventositatem ventris  
et inflationem sedat cum potatur ut dicit **Dyasco.**  
**P**reter has virtutes quasdam habet conditiones  
et proprietates minus laudabiles. nam saporis  
amantudine et ponticitate officit et contristat gu-  
stum. odoris horribilitate ledit olfactum. in ama-  
ritudinem redigit lac et vinum et oleum dulce cui ad-  
mixtum fuerit seu adiunctum. et ideo apes que fre-  
quentant flores absinthii faciunt mel amarum  
ut dicit **Dyasco.** de absinthio dicit **Plin.** li. xvij.  
**N**on est inquit dandum febricitanti. naufeas  
naibus arceat si fuerit prius potatus. somnum pro-  
nocat dormienti in scio sub capite positi. capil-  
los tenigrat quando inunguntur ungento fa-  
cto de eius succo et oleo rosaceo.

De apio.

Capitulum. xiiij.

**A**pium est comu-  
nis herba omnibus fere nota. ex eo sic vo-  
cata ut dicit **Isido.** li. xvij. quod apicel id  
est capitis triumphantium quondam fuit ornam-  
tum. **Hercules** enim primo hanc herbam capiti cir-  
cumposuit. cuius radices efficaciter pungunt  
contra insidias veneni ut dicit **Isido.** cuius mul-  
te species ut dicit idem scilicet petroselinum sic dicitur  
eo quod apio est similitudinem in folijs. silenum enim gre-  
cum apium dicitur. crescit autem in locis petroselinum  
montibusque preruptis. et ideo latini petroselinum pe-  
trapium vocant ut dicit **Isidorus.** Sunt et alie  
maneries apij ut dicit **Dyasco.** scilicet apium ranarum.  
apium risus. et apium emorroidarum. apium  
ranarum dicitur quia in locis aquosis ubi rane sunt  
sepius inuenitur quod decoctum cum vino et oleo et  
ventri renibus cathaplasmatum eorum dolorem  
mirifice oppulatur. **Apium risus** dicitur ab affectu  
quod purgat melancholicum huiorem ex cuius supabum

dantia fit tristitia. **Dicunt** autem quod interius rece-  
ptum in magna quantitate hominem ridendo  
interficat et occidit. valet contra calculum et strig-  
guiriam et alia menstrua prouocanda si deco-  
ctum fuerit in aqua vel vino et inde inferiora fo-  
mententur. **Apium emorroidarum** est dictum eo quod  
eius puluis vel cinis superpositus fluxum san-  
guinis desiccatur. **Apium commune splenis et epa-**  
**tis** oppilationem aperit. calculum frangit. ycteri-  
ciam soluit. ydriopis subuenit. freneticis conue-  
nit si eius succo et oleo rosaceo mirto cum acetate  
caput sepius unguatur. radix eius et semen mor-  
sibus venenatis succurrit et veneno resistit. ut di-  
cit **Dyasco.** **Epilenticis** autem nocet omne apium  
quia dissoluit et mouet omnem materiam ad su-  
periora. nocet etiam pueris illa cum etas propter hu-  
miditatis multitudinem et virtutis debilitatem  
et membrorum et meatuum strictitudinem para-  
ta est ad morbum caducum. et ideo lactantes nu-  
trices abstineant ab apio ne puer epilepticus ef-  
ficiatur ut dicit **Dyasco.** et **Plat.**

De aristologia.

Capitulum. xiiij.

**A**ristologia est her-  
ba multum medicinalis quoniam amara.  
Cuius due sunt species scilicet longa  
et rotunda. et utraque est calida et sicca et est radix  
magis medicinalis quam folia. In autumno debet  
colligi. et seruari per biennium. virtutem habet dis-  
soluendi et expellendi venenum et consumendi. bo-  
num anhelitum facit. splenem dum remollit et  
oppilationes aperit. ventris dolorem et lateris  
amputat ac sedat. podagricis ac caducis subue-  
nit et contractis. contra morsus venenosos con-  
fert puluis eius carnem mortuam leuiter corro-  
dit in fistula et in plaga fetum mortuum de vte-  
ro expellit. radix eius si cum vino decoquatur. **Acte-**  
**nus** **Dyasco.** de aristologia dicit **Plin.** et **Isido.**  
li. xvij. quod mulieribus fetis optima sit. nam pota-  
ta cum pipere et vino sordicem parturientium  
mundificat et matricem expurgat et menstrua  
prouocat atque purgat.

De agno casto.

Capitulum. xv.

**A**gnus castus di-  
citur quodam herba calida et sicca. cuius  
virtus est ut dicit **Plin.** conseruare in ho-  
minibus castitates. unde et mulieres romane illius  
herbe fructices secum deferre consueverunt in mor-  
tuorum exequijs. quando propter honestatez pu-  
blicam oportuit necessario continentiam obser-  
uare. **Hec** herba secundum **Dyasco.** et **Plat.** semper vi-

ret et eius flos potissime agnus castus nuncupa-  
tur. quia odore et visu reddit homines castos  
sicut agnos sicut dyasco. et plat. Dicitur aperien-  
do poros et spiritus euaporando. et humidita-  
tem seminale consumendo. inducere castitate di-  
cit etiam idem autor quod eius decoctio valet contra  
leuflegmaticam. i. frigidam ydriopisim sine alba  
si cum semine feniculi et modica esula decoquat  
Item ibidem fomentum decoctionis agni casti  
matricis exsiccat supfluitates et ipsius orificiis  
coangustat. menstrua autem puocat et litargiam  
sanat atque soluit si cum apio et salua decoquat  
in salsa aqua et inde posterior pars capitis forti-  
ter abluat ut dicit dyasco.

De artemesia.

Capitulum. xvj.

**A**rtemesia est ma-  
ter herbarum dicta. que quodam sit  
ita gentilibus dyane que grece dici-  
tur artemis secreta ut dicit Isido. li. xvij. Est  
autem herba calida et sicca cuius radices et folia con-  
petunt medicinis. Valet autem maxime contra steri-  
litate que ex causa humida precat. In cau-  
sis autem calidis et siccis non valet ut dicit dyas-  
co. Menstrua puocat matricem mundificat et  
confortat dolores capitis decocta in vino vel in aqua  
mitigat et sedat. secundinas et fetus mortuos  
euacuat calculos renium et vesice frangit. demonia  
sicut Plini. fugat. et malis medicamentis obuiat  
tritum cum azimbia dolorem pedum ex itinere miti-  
gat. Cuius sunt species plures quarum virtutes  
dicitur dyana adinuenisse et mortalibus tradi-  
disse ut dicit. pli. et dyasco. alias eius virtutes re-  
fert quicenna.

De uena.

Capitulum. xvij.

**V**ena est herba  
cuius semen est hominum et equorum  
vires aptus. que sicut Isido. est sic dicta  
eo quod postquam seminatur cito adueniat atque crescat  
habet autem sicut plat. vires leuiter relaxantes et con-  
tra omnem tumorem facientes et duricias relaxan-  
tes et faciei immundicias depurantes ut dicit in  
Plat.

De balsamo.

Capitulum. xvij.

**B**alsamum ut di-  
cit Isido. li. xvij. Est arbor sine fru-  
tibus nunquam crescens ultra altitudines  
duorum cubitorum. et est viti similis. folijs autem similis  
rute sed albiorebus semperque manantibus et arbor

dicit balsamum. lignum vero xilobalsamum. fructus si-  
ne semen carpobalsamum. succus opobalsamum  
nuncupatur. eo quod ferris ungulis cortex ligni per-  
cutitur et per corticis vulnera quasi per cavernas gut-  
te opobalsami eximij effluunt et distillant. caner-  
na cum greco sermone opo dicitur. guttas adul-  
terat admixto ciprio oleo cum melle. si cognoscitur  
sophisticum cum melle si gutta lacti instillata fue-  
rit coagulata. cum oleo vero si aque admixta facile  
fuerit resoluta quod ut oleum enatat super aquas  
Si vero non fuerit sophisticum statim in aqua recenti  
petit fundum. vestem mundam quam tangit non macu-  
lat neque polluit. Balsama autem si pura fuerint tam-  
tam vim habent ut si sol exanderit sustineri  
in manu non possit. hucusque Isido. Plini. autem  
li. xij. ca. xvij. sic dicit. omnibus odoribus preterit balsa-  
mum. vni terrarum scilicet inde concessum quondam nec  
inueniebatur nisi in duobus regibus ortis. quorum  
maior viginti iugerum erat. sed post diantibus ro-  
mamis vinea balsami per multos colles propagata  
est. viti quippe similior est quam mirto. modo vinearum  
sicut et vitis implet colles sine amminiculis autem  
eius rami se sustentant. procerior est altitudo eius  
inter binos cubitos subsistit. cauendum est au-  
tem ne cum ferro ad interiora ligni ledatur. et ideo  
cauendum est ne ultra corticem violetur. quod lesio li-  
gno interiori totum perit. Est autem arbor totaliter  
medicinalis. cuius precipua prima gratia fit in sac-  
co. secunda in semine. tertia in cortice minima  
est in ligno. ex his est optimus quod est odoriferus  
et semine maximum et ponderosissimum mordens  
gustum et feruens in ore et colore rufum. hucusque  
pli. li. xij. ca. xvij. Dyasco. autem dicit quod quedam  
est species balsami que crescit circa babiloniam  
ubi sunt septem fontes. si autem alium in locum trans-  
feratur nec flores nec fructus facit. In tempe-  
re non leuiter inciduntur rami eius cum cultello osseo  
vel alio non minus acuto ne lignum intrinsecus le-  
datur. quia tunc periret. sed cortice autem inciso po-  
nuntur vitree ampulle in quibus gutte stillan-  
tes colliguntur si vero vna gutta ponatur in pa-  
lato cerebrum ita calefacit quod videtur succendi.  
habet autem virtutem dissoluenti consumendi et  
corpora mortua incorrupta conseruandi quia  
quantum dissoluit tantum consumit. ut dicitur in  
plat. menstrua puocat et educit fetum mortuum  
et molam de ventre eicit et excludit lapidem in  
renibus et vesica frangit. yliacam passionem sol-  
uit. omnes inueteratas capitis passionem tollit  
si modo debito assumatur. quotidianis febribus et quarta-  
nis sibi occurrat. moribus venenosis occurrat. Has et  
multas alias nobiles virtutes habet que enumerare est  
longum. sed hec de multis nunc sufficient.

De bellio.

Capitulum. xix

## **B**Delium ut dicit

Plini. li. xij. ca. x. est nominatissima arbor nigra similis olive in folijs et in robore. cuius gummi maxime reperit in vltibus medicine. nam eius lacrima siue gummi est translucida gustui amara. bene odorifera sed magis est aromatica quam vino est infusa. Item tangit glossa sup Bene. ij. vbi dicit. Ibi inuenit bdellium et lapis onichinus. et tñ nascit vt dicit plini. in partibus orientis vt in arabia et india et caldea etc. Bdella aut vt dicit Irido. li. xvij. est indie et arabie arbor. cuius lacrima arabica melior est aromatica enim est lucida subalbida lenis pinguis equaliter cerea. et que faele remollitur et amara boni odoris. ligno vel terre non mixta. Indica vero sordida atque nigra et adulterat cum gummi qui non ita amarificat gustu. Undecumque aueniat glutinosam valde habet substantiam et astrictiuam et etiam attractiuam. et ideo vt dyasco. et Pla. repugnat dissenterie facte ex acuta materia. et valet patientibus fluxum ex fortissima formata. i. medicina fortit laxatiua. valet et contra apostemata interiora et exteriora si inde fuerint innicta. calculi rumpit. tussim compescit. moribus reptilium occurrat. intestinorum dolorem lenit. vt dicit Platearius. herniosis et in partibus inferioribus ruptis proficit ad interiorum consolidationem cum gummi bdellico concordat vernix siue bernix quod dicitur gummi arboris habens virtutem conglutinandi clarificandi et conseruandi. et ideo pictores eo maxime vtuntur. multum siquidem stringit sic et bdellium. alterius tamen est nature. quia frigida et sicca in secundo gradu. bdellium vero calidum et humidum. vt dicitur in plat.

De buxo.

Capitulum. xx

## **B**uxus ut dicit

Irido. li. xvij. grecum nomen est. sed et prope a latinis est corruptum nam pixos apud eos appellat semper virens quia leuitate materie literarum formandis aptior est. nam tabula buxia bene polita colore recipit album in quo de facili figure et literarum characteres inscribuntur et etiam defacili possunt deleri. Et dicitur secundum Irido. Hec buxus pro tota arbore. et hoc buxus pro interiori ligno. Unde dixit quidam. Hec buxus crescit hoc buxum crescere nescit. Est autem arbor multum solide materie et compacte ex humor nutritivum multum est viscosus et compactus vt dicitur albu. li. vegetabilium. et ideo lignum habet grossum et ponderosum quod missum in aqua pe-

tit fundum sicut bebenus. et hoc propter compactonem ligni non habentis poros aptos ubi possit intrare aer per cuius subintrationem posset super aque superficiem eleuari. vt dicitur idem albu. Folia etiam ideo diu habent viuentia que de facili non cadunt nisi paulatim quam vno cadente alio modo mox succedit multa quidem habet folia et spinosa. sed modicum habet fructum siue nullum. Arboris buxi rasura cum frigida sit et sicca decocta in aqua puteali constringit fluxum vt dyasco. dicit. Tingit etiam et ipsos crines si de eius decoctione sepius abluantur. sapor siquidem eius est amarus. vt dicit Plini. li. xvij. ca. et odor grauis. tamen quamuis grauet sapore gustum. nihilominus cum virore continuo delectat visum. o. i. tempore conseruat virorem suum et maxime in estate quia in hyeme eius folia aliquatulum expalescunt. sed non cadunt vt dicit albu. cuius causa est quia habet viscosum humorem in se. in radice vero multam humiditatem liquidam. et ideo non cadunt folia. Unde adueniente caliditate prouocatur humor ad exteriora qui tactus calore fit viridis. sed adueniente frigiditate repercutit humor et abundat siccitas et fit color pallidus siue glaucus. Crescit autem buxus in locis calidis. et petrosis. et ideo multum habet duricie et etiam nodose soliditatis lignum tamen interius leue est et ad planandum summe aptum. incisiones et figurarum in eo factas diu tenet et ideo imagines puce durabiles inde fiunt et ex buxo pixides abiles ad musti et aliorum aromatum conseruationem. Ad multos etiam alios vsus quos enumerare longum esset valet buxus. sed hec nunc sufficiat.

De balaustia.

Capitulum. xxj

## **B**alaustia est flos

caducus maligranati. Cum enim arbor fructus debet producer flores in quadam rubositate conglutinantur. et ab arbore quandoque cadunt que a medicis reseruantur vsui medicine et possunt seruari per hyemen in magna efficacia vt dicit dyasco. Est autem balaustia frigida et sicca. et habet virtutem constringendi et desiccandi humorem. Et ideo valet contra dissenteriam et sanguineum fluxum ventris et contra fluxum menstrualem. Item virtutem habet constringendi vomitum colericum si decocta in aceto cum spongia super furculam pectoris apponatur. Item poluis vulnera consolidat gingiuas sanat. et earum putredinem amputat et emundat. radices dentium consolidat.

et confirmat vlcera etiam sanat labioꝝ. hec oia facit psidia. i. cortex arboris eiusdem et sc̄ipue fructus siue pomi. ⁊ debet accipi q̄n pomum est maturum.

De beta

Capitulum. xxij.

**B**eta est herba cōmunis ⁊ ortulana s̄m dias. Duplex est species eius sc̄z alba et nigra. Et vtriusq̄ succus naribus instillatus purgat caput aurium etiā dolorem mitigat. lentes et alias capitis immūdicias ⁊ faciei maculas emūdat capillos reparat et cōseruat. foliū ei⁹ tūsum et appositum ignem sacꝝ extinguit. nascētia etiā vulnera cōpescit. malos humores nutrit. si nimis sepe in vsu habeat vt dicit dias̄. De beta dicit Arest. sup eius radicem sicut et super caulem pōt plantari surculus qui tandē corrobora. te radice in arborē transmutatur vt ptz supra ⁊ natura plantaz.

De cedro.

Capitulum. xxij.

**C**edrus est arbor

quam greci cedros vocāt quasi ceomones d̄io sticon. i. arboris humor ardentis cuius folia ad cipressi similitudineꝝ respondent. vt dicit Isido. li. xvij. vbi subdit. Cedrus est lignum iocundi odoris ⁊ diu durans ⁊ nunq̄ a tinea vel teredine. i. lignoꝝ verme extermīnat. Unde p̄pter eius perpetuam durabilitatem ex cedris fiunt lacunaria in regum palacis ⁊ in templis. Huius arboris gummi siue lacrima dicit cedria q̄ ad cōseruatōem librorū summe ē necessaria. Nam libri de hac lacrima līni. nec a tineis corroduntur nec tempore senescunt. Nasct̄ aut̄ in terra affrica ⁊ in syria. ⁊ maxime ī mōte libani. Est ḡ cedrus arbor altissima omniū arborū d̄na ⁊ regina vt dicit Rabanus sup Ps̄. Est etiam aspectu pulcra semper retinens virorem suum. Est insup olfactu odorifera. cuius odor fugat serpentes ⁊ oia venenosa vt dicit idem. Est ergo fructu suauissima. poma ei⁹ cedria sunt maḡ oblonga citrini siue glauci coloris. miri odoris. gratissimi saporis. saporē ei⁹ habet triplicem. nam in medio circa ḡna sunt poma citrina ⁊ acetosa. In superficie iuxta corticem sunt dulcia. In carne siue medulla interiori inter dulce ⁊ acetosum sunt media. Est etiā cedrus multe efficacit̄ ⁊ virtutis et valde medicinalis. nam ei⁹ lacrima q̄ est gumosa in substā-

tiā ⁊ aliquantulū pyramidalis siue pinea in figura acrem virtutem habet et fermentem. Unde vrit et siccatur vt dicit dias̄. Caliginem oculorū dētergit. vermes aurium occidit contra dolores dentū subuenit. moribus serpentum occurrit. cum ysopi succo sonitū aurium tollit. tumorē faucium sedat. vulnera pulmonis curat molles carnes a putredine seruat. corpora etiam mortua reposito in ligno cedrino ⁊ eius lacrima iuncta virtus cedrina a tabe et putredine defendat semen etiam cedri tussim sedat menstrua puocat ⁊ secundinas excludit. matricēs purgat nervos spasmatos et cōtractos remollit ⁊ relaxat. Vri nam mouet. ⁊ arenulas in vesica ⁊ renibz mundat. Has et multas alias virtutes ponit dias̄. De cedro et ei⁹ succo semine atq̄ fructu. Plinius aut̄ de quadā specie cedri sic dicit. Est inquit arbor quedam noie medica a medoꝝ terra primitus asportata que a grecis agedia vel cedronilla est dicta eoq̄ eius pomum odorem et virtutem cedri sequi videatur ⁊ eius saporem imitet vt dicit Isido. li. xvij. Eiusdem ei⁹ arboris pomum vt dicit Plini. contrariū est venenis. ⁊ est arbor vt dicit idem. q̄ in omi tpe fere est plena pomis que in ea partim sunt matura partim acerba. partim in flore sunt posita quod in alijs arboribus rarum est. hanc arborē multi assinaꝝ vocant vt dicit idem.

De cypresso.

Capitulum. xxij.

**C**ypressus grece

dicitur cyparistus vt dicit Isido. li. xvij. qz caput ei⁹ a rotunditate iacumen erigit. vnde et consequenter altera rotunditas nūcupatur cuius fructus talis ē dispositiōnis et ideo conus appellatur eo qz conum imitetur. Unde et cipresse conifere dicuntur hui⁹ modi lignum habet virtutem. primam pene cedro. aptūq̄ est turibus temploꝝ. sua ei⁹ impertibili soliditate oneri nūq̄ cedit sed semp̄ ī prima remanet firmitate. suauissimi ē odoris. et iō antiq̄ solebant. facere rogam d̄ ramis ei⁹ vt odoris sui iocunditate reprimere fetorem cadauerum mortuorum. hucusq̄ Isidorus. Est autē cypressus arbor calida in primo gradu. ⁊ sicca in secundo. cuius pomū lignum et folia competūt medicine. vt dicit Plat. sunt stiptica ⁊ consolidatiua. ⁊ ideo valent contra fluxum ventris ex debilitate x̄tut̄ itētiue si ipoz puluis ī cib vlt̄ potibz assumat. valēt p̄tra yliacā passiōē ⁊ dolōꝝ lumboꝝ si cum aqua pluuiali decoquātur.



Deinde vinum limphetur cypressi folia recentia vulnera purgant et sanant sacrum ignem fugant. poliposos mundant. et fetorem amputant. fluxum sanguinis sedant semen ergo eius mixtum cum caricis. i. ficibus siccis duricias soluit. reumatis fluxum stringit. contra antracem. i. apostema venenosum et morsus mortiferus subuenit et eius maliciam ne se diffundat reprimat et compescit morsibus venenatis occurrit. **H**as autem virtutes cypressi recitat dyasc. et multo plures. **P**li. autem li. xvij. ca. xxxij. cypressus est arbor ramosa a fructu habens vacuas brancas pro fructu folia amara odore violenta. umbra gratiosa. cuius duplex dicitur esse species masculus scilicet et femina. femina autem sterilis est. verumtamen aspectu pulchra cuius rami infestigio sunt densi et inuicem conuoluti. masculi vero rami sunt magis spissi qui si precisi fuerint regerminant.

**De cipro.**

**Capitulum. xxv.**

**Cyprius de quo**

dicitur Canticoz. iij. Cypri cum narodo etc. **P**li. li. xij. ca. xxvj. est arbor in egipto similis oliue in folijs. sed eius folia sunt viridiora et crassiora cum flore nigro et semine candido et oderato. quod si cum oleo coctum fuerit aut confectum exprimitur in vngentum regium quod odoriferum est et summe deliciosum et cyprius dicitur. **I**tem dicit yfido. li. xvij. et glo. super Can. **P**li. autem dicitur quod optima huius generis arbor crescit in egipto super nilum in canopia regione. **S**ecunda vero in ascalone. tertia in cipro cuius est mira odoris suauitas. arbori huic ut dicit idem est alia arbor similis quam dicitur aspalatos habens similitudinem in flore rose. ex cuius radice et flore nobile fit vngentum. **D**icit etiam idem quod in omni frutice ubi directe refulget arcus celestis eadem sit suauitas odoris quam diu ibidem fulget arcus. sed si super eandem arborem fulserit inenarrabiliter eius odor ampliat et decorem. et est similis spine candidae. colorem habens igneum siue rufus et in parte redolet ut castoreum. a multis vocatur sceptrum hebrei ut dicit idem. **D**icit adhuc dyasc. quod cyprius est arbor medicinalis puenientis et conglutina tione virtutis. cuius folium masticatum tumorem oris pescit. eius elixatura siue decoctio vermes capitis interficit. et inficit capillos si inde capilli fomententur. flos eius cum aceto decoctus doloris capitis soluit ut dicit idem. cuius lentiscus dicitur alicuius virtutis. quere supra in litera. **A**

**De cynamomo.**

**Capitulum. xxvj.**

**Cynamomus de**

quo dicitur Eccl. j. et Exod. xxx. sic ibi dicit glo. est virgultum quod nascitur in india et ethyopia duorum terminum cubitorum. **E**t dicit cynamomum quia subtiles et replicatos habet culmos cerei vel nigri coloris qui fracti reddunt visibile spiramentum. **C**ynamomum vero quanto gracilius et subtilius tanto carius est. et quanto grossius tanto respectius reputatur. **S**icut yfido. autem li. xvij. cynamomum est dictum quod cortex eius in modum canne est gracilis et rotunde. et crescit stipite breui virgastenuis habens. quod cum frangitur ad modum nebule suauissimum emittit spiramentum. **S**uper Eccl. ca. xxij. dicit glo. cynamomum est breuis arbor odorifera et dulcis cineri coloris prestans plus duplo ad medicine usum quam fistula. **P**li. quoque li. xij. ca. xxj. de cynamomo inquit et cassia fabulose narravit antiquitas quod inuenit in nidis auium et specialiter fenicis nec haberi potest nisi quod cadit proprio pondere vel quod excutitur cum plumbatis sagittis. sed ista fingunt homines ut rerum precia augeant. **S**icut veritatem autem cynamomum crescit apud trogoditas in ethyopia qui per vasta maria in ratibus deducunt illud ad portum gellenitaz. et est frutex duorum cubitorum ad maximum vel unius palmi ad minimum. truncum habens in grossicie quadraginta digitorum nec olet nisi quando arefcit. siccitate enim gaudet et in semine sterilius efficitur propter arborum naturam aliam. inter vepres et rupes densissimas gignitur. et ideo non sine magna difficultate recolligitur ante ortum solis aut post occasum nulli licentia colligendi conceditur. quod cum collectum fuerit sarmenta hasta diuidit sacerdos. de quoque partem ponit. reliquum mercator emit. **P**recipua autem bonitas eius est in densissimis vel tenuissimis virgultorum partibus ad longitudinem palmi et quod est in trunci medio vel quod est primum radici parum vel nihil valet. quod ibi minimum corticis est. in quo est summa bonitas cynamomi. et ideo cacumina et superiores partes preferuntur. quod ibi cortex plus abundat. lignum vero interius respectu corticis nullius vel modici est valoris. **H**ucusque **P**li. li. xij. **S**icut dyasc. vero et plat. cynamomum calidum est in tercio gradu et siccum in secundo gradu. cuius duo sunt genera grossum. scilicet et subtile. et grossum est minus laudabile et ponitur in vomitiuis medicinis. quod vero gracile est et laudabile est et subtile et in alijs antidotis magis utile. **E**st autem eligendum quod

ē subtile acutū habens saporem dulcedini in-  
termixtum cum multa aromaticitate et subru-  
fum in calore. quod autem subalbiduz est min⁹  
valet. ex aromaticitate hñs virtutē p̄fortat. di-  
cerebuz. ex p̄glutinositate habet virtutē con-  
solidandi. habet autē cynamomū multiplicem  
virtutem vt dicit dyascozides. **N**az tussim ex  
grossa humiditate sedat. tritum et cū aceto mi-  
xtum impetiginem extirpat collirys admixtuz  
humiditatē oculoꝝ desiccāt. renum dolorē mi-  
tigat. ydropisim curat. morsus reptiliuz sanat.  
appetitum p̄fortat. menstrua puocat. oppilatō  
nem aperit. cibū digerit. flegma dissoluit ⁊ con-  
sumit. potatum cum vino secundinas excludit  
caliginem oculoꝝ d̄tergit sincopi ac cardiace  
passioni subuenit atq; succurrit.

**De casia.**

**Capitulum. xxvij.**

**C**asia de qua dici-

**Q**ur Exo. xxx. species est aromatica  
et nascit̄ fm̄ ysi. libro. xvij. in arabia  
et est virga robusti corticis et purpureis folijs  
vt cortex piperis. et est similis cynamomo ī vir-  
tute. sed tamen potentia inferior. **U**nde in lo-  
co cynamomi duplex est pondus ei⁹. **I**n medi-  
cinis sepi⁹ admiscet̄ vt dicit ysid. **G**losa at̄ super  
Exo. capitulo. xxx. Casia in locis aquosis nasci-  
tur. et in imensum crescit ac bonū odorem red-  
dit. **D**e casia dicit plini⁹ li. xij. capitu. xxi. **F**ru-  
tex inquit casie iuxta cynamomū campo nasci-  
tur. cui⁹ amplitudo est trium cubitoꝝ. cui⁹ sar-  
mentum est grossi⁹ sarmento cynamomi cuius  
est triplex color. **P**rimo enī candescit. deinde  
rubescit. tandem nigrescit. ⁊ ista ps maxime est  
laudabilis. post nigram aut̄ laudabilior est ru-  
bea et min⁹ laudabilis est candida. naz citius a  
vermibus corrodit̄ ⁊ cauāt. et hoc accidit pro-  
pter sine substantie molliciem ⁊ minorem ama-  
ritudinē corticis ⁊ virtutem. **P**robatur em̄ ca-  
sia cum est recens p̄ odorem per saporem ⁊ per  
colorem. nam casia nobilis subdulcis pauci et  
acuti est saporis. suavis ⁊ iocūdi ē odoris. sub-  
nigni in super vel purpurei est coloris ⁊ ponde-  
ris est grauioris. ⁊ maxie laudat̄ illa casia q̄ de-  
facili nō frangitur sed reflectitur potius et pli-  
catur. **A**lia autez est species casie que balsamo  
de saba similis est in odore. s̄ amara est. **E**t ideo  
prima scilicet nigra que est subdulcis ⁊ feruentis  
saporis et boni odoris a medicis pl⁹ lauda-  
tur. **H**ucusq; plinius fm̄ **P**lateariū autem ⁊  
dyascozides. casia est duplex scilicet casia fistu-  
la et casia lignea que est fruticis cuiusdam cor-  
tex nascentis iuxta confinia babilonis. cui⁹ di-

uerse sunt species. **U**na est similis cynamomo  
que subrufa est et rotunda solidamq; h3 sub-  
stantiam. ⁊ cum frangit̄ vel teritur nō plicatur  
sed resistit. acuta est in sapore et parum dulcis  
et ista medici vix vtuntur. **A**lia ē species que ē  
subamara partim habens colores distinctos.  
⁊ hac vtunt̄ medici ⁊ est eligenda que nō faci-  
le frangitur sed plicatur ⁊ que habet acutū sa-  
porem mixtum dulcedini cum aromate. cū aut̄  
frangitur colores habet subalbidos interius ⁊  
distinctos et rufos intermixtos. **S**ophisticat̄  
quandoq; cum admixtione corticis caparis. s̄  
cognoscitur quia subamari est saporis. virtutē  
habet diureticam. id est diuinauz ex subtilita-  
te sue substantie. habet etiam virtutem consu-  
mendi ex qualitib⁹ suis. insup̄ habet vim cō-  
fortādi ex aromate. reumaticas ⁊ frigidās cau-  
sas curat. epilepticos ⁊ caducos iunat. cerebrū  
cōfortat. renes et vesicam purgat apostemata  
maturat ⁊ sanat. renes ⁊ epar ⁊ splenem deop-  
pilat fetorem oris masticata palliat aut ampu-  
tat. menstrua puocat. ⁊ matricem p̄fortat. con-  
tra sincopim et defectuz cordis iunat si ei⁹ pul-  
uere ex rosis et osse cerui siropus fiat. **H**ucus-  
q; dyascozides et platearius.

**De casia fistula.**

**Capitulum. xxviii.**

**C**asia fistula est

**Q**fructus cuiusdam arboris q̄ longa  
semina producit. sed succedente tē-  
pore elongatur et ingrossatur et caloris actōe  
exterius condensatur. medulla interius existen-  
te nigra et humida atq; dulci que mixta est cū  
albis granis ⁊ quibusdā cellulis ad modū faui  
mellis interius est distincta. **E**st autem eligen-  
da que est grossa et ponderosa. quia multaz si-  
gnat inesse humiditatem. reijcienda est etiā le-  
uis et sanoza. quia signat vacuitatem ⁊ siccita-  
tem. virtutes habet limandi mollificandi ⁊ mū-  
dificandi et fetorem sanguinis mirabiliter miti-  
gandi ac coleram ⁊ sanguinez depurandi. apo-  
stemata gule dissoluit. visceribus vtilis est. ⁊ vi-  
cijs pectoris subuenit. menstrua recentia ex p̄-  
gui humore educit. tumorem viscerum. ⁊ inte-  
stinorum dolorem potata tollit. **H**ucusq; dy-  
ascozides. q̄uis autez vsualiter in casia duplex  
est. sonet. cum simplici tamen scribi et pronun-  
ciari debet vt casia dicat̄ vt dicunt auctores. vñ  
**Q**uidius. xv. methamor. **Q**uo simul ac casias  
et nardi leuis aristas ⁊c. **E**t sic vbiq; dicit pli-  
nius et persius ⁊ alij.

**De calamo.**

**Capitulum. xxix.**

**Calamus aroma**

**C**alamicus de quo dicitur *Erod. xxx. a similitudine calami vsualis est vocatus vt dicit ysidorus. li. xvij. Et gignitur in india multis nodis geniculat<sup>o</sup> odore suavis mira fragrans odoris suauitate qui si frangitur in multas partes scinditur et diuidit. et in gustu e similis casie cum leui acrimonia remordente. vt dicit ysidorus. fm papias ho feruentis est virtutis. In glosa super *Ero. xxx.* dicitur. q<sup>d</sup> calamus aromatic<sup>us</sup> est species que crescit iuxta montem libani. vbicunq<sup>ue</sup> autem crescit dicit *Dya. platea. plinius.* species est calida et sicca in secundo gradu. Et est radix cuiusdam fruticis calamo valde similis et magni odoris. habet autem ad modum canne concavitatem in qua lignum inuenitur quod quidem extrahi d<sup>icitur</sup> cum nullius sit valoris. tamen aliquando intus dimittitur vt maioris ponderis videat. Est aut<sup>em</sup> fm eosdem autores calamus duplex scilz p<sup>er</sup>fic<sup>us</sup> qui colore est citrinus alius est indicus qui colore est subalbidus qui cum frangitur facile non puluerisatur. et habet virtutem mirabilem p<sup>ro</sup>fortandi. vnde stomachus p<sup>ro</sup>fortat et digestionem adiuuat maxime si cum absinthio temperetur cardiacos et cordis defectum quem greci sinco pim vocant cum aqua rasacea multum iuuat. fm *Pliniu* autem calamus odorans est indic<sup>us</sup> qui maxime valet quando est subrufus. nodis plenus et spissus et quando non frangitur partes plurimas valde siccas et est valde medicinalis fere sicut casia vel etiam cynamomum quarum virtutes quere supra. *Ras* menstrua prouocat.*

**De calamo vsuali. Capitulum. xxx.**

**Calamus vsualis**

**C**alamicus vsualis fm ysidorum dicitur canna stipule vel segetis. et sic dicitur a caleo calles eo q<sup>od</sup> immisso flatu aliquantulum calefit. Et e proprie stipes medius in segete inter radicem atq<sup>ue</sup> fructum siue spicam in qua fructus continetur. alio etiam nomine vocatur culmus vt dicit ysidorus. et est interior<sup>is</sup> p<sup>er</sup>cauus exterior<sup>is</sup> planus et rotundus. nodis aliquibus munit. multis tuniculis circumestitur quo mediante spica proficit et nutritur. quo deficiente deficit et spica et penitus destruitur modico venti impulsu hincinde agitur et mouetur. facillime frangitur et incuruat et vix erigit vel reparatur.

**De calamo scripturali. Capitulum. xxxij**

**Calamus scriptu**

**C**alamicus scripturalis de quo in psal. dicitur. *Lingua mea calamus scribe. idem est quod arundo. quia antiqui arundine utebantur in scribendo anteq<sup>uam</sup> vsus pennarum haberetur. Nam arundo vt dicit *Plinius libro. xvij. cap. xxxij.* utilis est ad multos vsus. Arundines inquit inter aquaticos frutices obtinent principatum. suntq<sup>ue</sup> necessarie in bello et in pace. nam arundinibus septentrionales populi dom<sup>us</sup> suas aptissime tegunt et eas in suis cavernis pro delicijs et ornatu suspendere p<sup>ro</sup>sueuerunt. calamis et ortis populi bella agunt et de eis spicula faciunt. Ante em<sup>porum</sup> longitudinis sunt in multis partibus q<sup>uod</sup> hastarum vicem prebent radicem habent viuaces. vnde si earum frutices recidentur secundus surgunt. Sunt aut<sup>em</sup> aliqui calami quadam medulla repleti. quidam ex toto concavi qui ad fistulas faciendum sunt multum apti. calami autem medullati habentes lignum spissum et nodosum pugnantis plus p<sup>ro</sup>ueniunt. Sunt et minores arundines in locis maritimis et aquis crescentes. substantiam habentes tenuem et valde duram. et medullam quasi nullam et earum superficies est plana et relucens ac polita non nodosa. et tales calami sunt habiles ad scribendum. cui<sup>us</sup> pars anterior precisa acuitur et ad scribendum adaptatur. et vt perfectius atramentum administret parum scinditur. et in parte dextra plus q<sup>uam</sup> in sinistra aliquantulum prolongatur. Sunt et alij calami dulci medulla pleni qui per minuta frusta incisi pistant. et ad lentum ignem in lebete decoquunt vsq<sup>ue</sup> ad spissitudinem. et primo videtur totum transire in spumam. s<sup>ed</sup> post facta residentia spissius et melius fundum petit. spumosum autem et vanum semper manet et p<sup>er</sup> aliud sophisticatur. sed discernitur. q<sup>uia</sup> bonum crepitat in ore et est valde dulce. malum vero non sed in ore euanescat vt dicitur in *Plateario.**

**De cappare.**

**Capitulum. xxxij.**

**Apparis de qua**

**A**pparis de qua *Ecccl. vlti. fm Pliniu libro. xij. cap. xxxij. et fm Ysidorum.* est frutex in oriente nascens. cuius cortex folia et flores conueniunt medicine. et precipue cortices que sunt in radice. Et vt dicit *Ysidorus libro. xvij. cap.* apparis a grecis nomen sumpsit eo q<sup>od</sup> habet rotunda in summitatibus capitella. De cappare autem dicit *Dyalco.* q<sup>od</sup> est herba siue frutex spinosus expansus super terram. vnctione plenus cui<sup>us</sup>

virtus duriciā splenis super omnia medicamīa  
iuuat. nascit̄ in locis aridis et siccis ac duris. et  
maxime in antiquis muris. ventrē remollit co-  
mestum. vinam puocat et mensuris competit  
dolorē dentium mitigat succo ei⁹ auribus instilla-  
tus vermes necat. multas habet radices et ma-  
gnas quarum cortices sunt vtilēs ad predicta.  
In plateario dicit̄ capparis vt volunt quidam  
est herba que in principio veris est colligenda  
et desiccanda. et p̄ septem annos in magna effi-  
cacia p̄seruanda est. Et est bona ac laudabilis  
que cū frangitur nō puluerisat et aliquantulum  
est subamara in sapore et subnusa in colore. et  
flores ei⁹ sunt calidi quā adhuc sunt clausi. quia  
nihil valent cū fuerint dilatati. cum sale condi-  
untur et sic vsui reseruant̄. virtutes habent ap-  
petitum excitandi et digerendi humorē in ore  
stomachi existētē. Sunt enīz cibus et medici-  
na. p̄tra surditatem p̄fert puluis eius auribus  
fistulatis si in oleo decoquat̄ et auri patienti in-  
fundatur. **Hucusq; Platearius.**

**De cardamomo. Capitulum. xxxij.**

**Cardamomuz de**  
quo dicit̄ sup̄ Ezechielem vt dicit̄  
Dyascorides. est semen cuiusdam ar-  
boris tempe veris fructū pducentis. facit enīz  
quasdam tuberositates similes botro vinearū  
quibus semen cōtinetur. et est duplex mai⁹ qd̄  
dicit̄ domesticuz. et minus qd̄ dicit̄ siluestre. pri-  
mum est meli⁹. qz magis est aromaticū. et ē lau-  
dabili⁹ quod est subnusu et aliquantulū acutu et  
dulcedini intermixtum. virtutem h̄z p̄fortandi  
et p̄sumendi. et ideo valet p̄tra cardiacam passi-  
onem. p̄tra stomachi indigestionem. ad appeti-  
tus pronocationem. ad vomitus repressionē.  
ad cerebri debilitati confortationem. vt dicit̄  
Dyasc. et plas̄.

**De calamento. Capitulum. xxxij.**

**Calamentum est**  
herba quedā mente similis. de qua  
sancti in glosa aliqui faciunt mentio-  
nem. Et est duplex s̄m dyasc. et plas̄. s. monta-  
num. et illud simpliciter est meli⁹. aliud ē quasi  
domesticū non ita siccū sicut primuz. virtutem  
habet p̄solidandi et p̄sumendi cum calidū sit et  
siccū in tercio gradu. vt dicit̄ idem. Valet con-  
tra tussim et infirmitates pectoris et causa frigi-  
da sicut et dyacalamentum qd̄ est electuarium  
quod ex illius herbe floribus et pulueribus et  
alijs est confectum. stomachi et intestinorū do-

lorem sanat contra reumaticas et frigiditas cau-  
sas iuuat. morsus reptilium curat. et venenum  
ad exteriora renocat. succus ei⁹ auribus instil-  
latus vulnerū et aurium etiā vermes necat. li-  
bidinez domat. p̄tra leprā adiuuat et retardat.  
supfluitatem et humiditatem matricis annihilat  
et desiccatur vt dicit̄ idem. Multas alias vtutes  
habet sicut arthemisia. s̄ hec iaz sufficient.

**De carice.**

**Capitulum. xxxv.**

**Carice vt dicit ysi.**  
est herba durissima et acuta cui⁹ sti-  
pes siue virgula est trianglaris ma-  
num secans ipsam violenti⁹ cōtractantis. folia  
habet in vtroq; latere secantia et acuta. pyra-  
midalem formā ad modū gladij representatiā  
nunq; tñ caricis acumen aliquē ledit nisi p̄mi-  
mitus contingatur. In loco palustri et molli cre-  
scit. et tñ non modicam duriciem paniter et acu-  
men habere in sua substātia se ostendit. s̄m **Pli.**  
autem inter genera scirpi p̄putatur. vnde et ca-  
ricem scirpum nominat triangularem. de q̄ sub-  
dit qd̄ radix scirpi trianguli ē odoris boni et vir-  
tutis sicut calami aromatici. sed hoc intelligo  
non in generali sed multuz in speciali sicut ipe  
memorat li. xij. A carice autem dicit̄ carectum  
locus scilicet vbi crescunt carices. sicut et a sali-  
ce salictum vbi crescunt salices vt dicit̄ ysi.

**De carduo.**

**Capitulum. xxxvj.**

**Carduus s̄m ysi.**  
grecum est. et est genus herbe fruti-  
cicis spinosi cui⁹ natura mordax est  
et austera. et ideo succus eius allopicias. id est  
capillorum fluxus curat. de carduo dicit̄ dyasc.  
qd̄ radix eius in aqua decocta cupiditatem po-  
tatorū admistrat. matrici vtilissimus est. et idē  
**De farre. Ca. lxxvj.**

**F**arrum autem est genus frumenti sic dictum eo quod ab initio missum in pileam frangeretur antequam vsus mole haberetur a farre autem dicitur farrago vt dicitur **I**si. est enim herba ordeacea adhuc viridis in qua grana ad maturitatem non turgescunt.

**De farina. Ca. lxxvij.**

**F**arina que panis

est materia a farre dicta. nam far siue frumentum inter molas fractum farinam facit. vel dicitur a farciendo quia in panem redacta fartit ventrem. vel dicitur farina propter quod frumentum inter molas optime est contractum a fursure non dum a medulla substantia separato. nam quando flos medulle a fursure separatur siue cortice tunc similia siue similago nuncupatur. dicitur alio nomine pollen siue pollis. unde deriuatur hec polenta et hoc pulmentum a pulte dictum. vt dicitur **I**sid. li. xx. ca. vij. quidam tamen dicunt polentam esse pulverem de farina purgatissima factam 7 dictam polentam a polline que est farina delicata que volat a mola in molendino 7 alio nomine amolum dicitur quia propter sui lenitatem a mola eijcitur sicut 7 similia. i. sine mola. **P**olenta tamen habet alias significaciones sicut dicitur in glo. super iosue. vij. comedet polentam eius de 3 anni. grana. s. cocta 7 manibus confricata 7 a folliculis separata ad modum granum in pilo tansi. 7 sicut dicitur pro lentia quasi pileta sed quocumque nomine vocetur farina utilis est in cibo 7 medicina. **I**nde enim fit panis per aquam admixtionem 7 ignis decoctionem. aliquando cibarius. i. seruus in cibum datur non delicatus. quoniam vero panis fermentatus fermento mixtus. quoniam etiam azim sine fermento cinere. quandoque subcinereus incinere coctus 7 reuersatus qui 7 focarius dicitur. quoniam clibanarius in clibano coctus seu in furno. **H**is 7 multis modis de farina arte pistoria fiunt panes vt dicitur **I**sid. li. xx. que omnes cor hominis confortant 7 cor nutriunt ac delectant. deperdita repa-

rant 7 restaurant. vires laborantibus administrant sed pro omnibus panis recens 7 mundus de farina triticea preparatus vt dicitur constant. in dietis magis amabilis 7 conueniens est nature. farina ita mola tenetur 7 frangitur cribro a fursure diuiditur. calida aqua aspergitur. fermentatur 7 sapidior redditur 7 pistata in formam panis redigitur 7 tandem decoquitur. et sic ultimo post multos labores vita hominis inde reficitur 7 nutritur. utilis est insuper farina in medicina quando cum alijs conuenientibus modo debito admiscetur nam farina cum melle mixta faciei puritatem sanat 7 emundat vt dicitur dias. mamille ex coagulatione lactis indurate apposita farina videlicet triticea vel siliginea cum adipe 7 vino decocta duriciem spargit et locum mollificat vt dicitur idem **C**ollectioes et apostemata maturat. nervos iduratos 7 quasi spasmatos aut contractos relaxat vt dicitur idem.

**De fermento. Ca. lxxvij.**

**F**ermentum a fer-

uore est dictum quia feruere et excrecere facit pastam vt dicitur **I**sid. li. xx. ca. j. **E**st autem fermentum compositum ex diuersis virtutibus similem habens substantiam et virtutem et inde virtutem habet panis eleuatiua et sui acetositatem saporis ipsius paste nutritiuam et in ipsius similitudinem totius masse cui admiscetur conuersiuam. **H**abet etiam secundum dias. virtutem humorum de corpore facilius extractiuam et quando miscetur cum sale habet aperiuam vim maturatiuam et aperiuam non poros corporis aperit subtilitate sue substantie et humores dissoluit. **F**ermentum autem latine zima dicitur grece unde farina pura conspersione aque conglutinata dicitur azima quasi sine zima. et est zima inflatiua corruptiua perforatiua et diuisiua. partium panis sine paste cui commiscetur vt dicitur super epistolam primo. corin. quinto etc.

**De fumo terre. Ca. lxxix.**

**F**umus terre est quod

est herba calida in primo gradu sic appellata quia vt fumus in multa quantitate emittitur de terra vel sic dicitur quia generatur a quadam fumositate grossa a terra resoluta et circa terre superficies adherente vt dicitur in plat. que quanto viridior tanto melior. exsiccata vero nullius efficacitatis est. 7 est herba grauis odoris et horribilis saporis. sed maxime tristis est virtutis purgat enim melancoliam fleuma 7

coleram. valet contra scabiem ydropisim ex frigida causa. iuuat podagricos. 7 valet p̄tra sple- nis 7 epatis opilationem vnum tamen vicium habet ista herba quia inflatiua est. 7 ventosita- tis generatiua 7 ideo eius ventositas debet re- p̄riri cum aneto 7 cum feniculo ne generet cor- rosiones vt dicit plat.

De feniculo. Ca. lxx.

**F**eniculus est her-  
ba communis multe tamen efficacie  
7 virtutis. est enīz herba calida 7 eti-  
am sicca in secundo gradu virtutem habet diu-  
reticam apertiuam scilicet 7 incisiuam ex sub-  
tili substantia 7 qualitatibus suis vt dicit plat.  
cuius semina radix 7 folia competunt medicine  
Vnde **Isid.** libro. xvij. ca. vltimo. feniculum la-  
tini vocant. eo q̄ eius tirsi siue radicis succus a-  
cquat visum oculorū. cuius virtus esse traditur  
vt senes serpentes annuam senectutez eius gu-  
stu deponant. hanc etiam herbam greci mara-  
trum vocant. **Isid.** autez sumit **Isid.** ex certis  
dictis plinij libro. xx. ca. xxiiij. feniculum inquit  
nobilitauerunt serpentes gustu eius senectute  
exuunt oculorūq̄ aciem ipsius succo recupera-  
do. vnde intellectum est oculorum caliginem eo  
precipue relenari. vnde ex eius succo fit colliri-  
um contra caliginē oculorū valde aptum. **Hu-**  
ius duplex est species scilicet ortensis 7 siluestri  
cuius semen cum vino potatum contra morsus  
serpentū 7 ictus scorpionum valet. succus eius  
auribz instillatus vermes necat ac stomachum  
stringit 7 corroborat. nauſeam sedat. calculū frā-  
git 7 vrinam excitat. lac in māmellis multiplicat  
radix eius renes purgat cum vino cocta ydropi-  
cos curat canis morsus sanat. **Hec omnia facit**  
feniculus ortensis sed fortius operatur. **hec ea-**  
dem ypomaratum id est feniculus agrestis vt  
dicit idem.

De ferula. Ca. lxxj.

**F**erula est herba  
cuius succus galbanū dicitur vt di-  
cit **Isid.** libro. xvij. de quo sit mētio  
in ecc. xxiij. vbi dicitur q̄ storax 7 galbanū ꝛc.  
vbi dicit glosa. galbanū fm pli. dat siria in mō-  
te quodam vbi abundat ferula a qua fluit re-  
sine modo. **Dicit autem pli.** libro. xx. ca. xxiiij. fe-  
rule semen est aneto simile cuius folia 7 rami co-  
cti cum oleo 7 cōmesti cum melle stomacho con-  
ueniunt sed si nimis comeduntur dolorem capi-  
tis faciunt cuius radix bibita ad pondus tena-

riū in duobus ciatis vini valet contra serpentū  
morsiones. succus eius in magnitudine fabe de-  
uoratus aliu soluit. cuius medulla viridis immū-  
dicias faciei tollit. semen eius vino bibitum san-  
guinem sistit patientibus caducum morbu sub-  
uenit. **Cervix autem ferularum murene infesuis-**  
sima est. nam eius lacte statim cōmoriuntur. suc-  
cus eius cōfert claritati oculorum. **buculqz pli-**  
nius.

De feno. Capitulū. lxxij.

**F**enum est dictūz  
ex hoc q̄ eo flāma nutritur. flos enīz  
eius flamma est vt dicit **Isid.** libro  
xvij. omnis enim herba mollis prescisa sicca fe-  
num dici potest. 7 maxime que fetibus aliquan-  
do apta est nutriendis. nam fenum cibus est p̄-  
prie umentorum. **De feno autem vt dicit glo-**  
sa super **Isa.** xl. fenum nascendo habet virore  
7 crescendo decorem deinde florem. tandem ca-  
lore solis siccatum redigitur in puluerem sicut  
homo per etatum successione decorem amit-  
tit ac cadit in puluerem 7 in morte. **Fenu itaqz**  
diu viuet 7 frondet montes 7 prata vestit et or-  
nat. 7 tam floum diuersitate q̄ etiā virore ve-  
nustate ad sui aspectum intuentium oculos al-  
licit refecit 7 delectat propter sue substantie au-  
tem viriditatez feruente sole eius humiditas de-  
facili consumitur. 7 herba que primo florendo  
quasi ridere videbatur. tande a sua glozia spo-  
liata penitus inuenitur. **nam fenum quidem**  
quod hodie oritur 7 quod hodie virescit. cras  
morit 7 tūc in clibanū mittitur. quia quasi sub-  
ito deficit 7 areſcit. sicut de impio per similitudi-  
nem dicitur in **Psal.** **Fiat sicut fenum tectorūz**  
quod priusq̄ ꝛc. vbi dicit glosa. quanto fenum  
altius stat 7 minus profunde inferius deprimat  
radicem tanto minus crescit immo citius defi-  
cit 7 areſcit. **Fenum itaqz falcastro postq̄ natū**  
fuerit prescinditur. 7 vt melius ericetur soli ex-  
ponitur 7 ne ex humoris superfluitate circa ter-  
ram computrescat furcis 7 rastris sepius eleua-  
tur tandem in cumulos 7 in acervos colligitur  
7 vltimo in plaustris ac vehiculis ad horrea de-  
portatur 7 ibi ad diuersos vsus necessarios re-  
seruatur. **Fena autem crescentia in locis aliquā**  
tulum montuosis mediocriter siccis magis sunt  
odorifera etiā animalibz magis sapida q̄ alia  
que crescunt in pratis palustribus 7 aquosis vt  
dicit plinius. quia in illis humor nutritimentalis  
magis est digestus in illis vero minus.



De flagellis. Capitulum. lxxij.

**F**lagella dicuntur summe arborum et vicinias partes ab eo quod crebros sustineant ventorum flatus ut dicitur in libro. lxxij. quorum comas aliqui crines vocant. aliqui folia et dicuntur quasi fila. nam solum grece filum latine dicitur et hoc ideo quod in folijs sunt quedam venule in eorum substantia ad modum filorum. ptense id est translatiue dicuntur folia apud nos quasi fila. nodi autem quibus exeunt frondes siue folia de virgulis et flagellis oculi nuncupantur. Nam humor aquosus subtilis parum habens vinctuosi tatis ad ramos a radice attractus vi caloris eleuat in diuersis locis et ex acumine suo penetrat ad exterius ac ibi quasi per oculos exiens in interioris caloris et aeris exterius transmutatur in substantiam foliorum ut dicitur in commento supra li. vegetabilium aristoteli. et secundum qualitatem humorum dominantis et loci et longitudinem vel debilitatem calorem humorum digerentis folia in qualitate et figura multiformiter variantur ut patet supra eodem ubi agitur de diuersitate arborum quo ad figuram foliorum quere supra in eodem in littera a. Folia itaque ornant arborem et muniunt tenellos flores et fructus ne a ventis caumatibus aut pluuijs iniuriam patiantur. grandinum impetus ac ventorum impulsus et imbruium ictus intercipiunt et repellunt. folia sicut scutum propter sue substantie raritatem modico vento mouentur sed de facili non cadunt propter adhaerentem habundantiam humoris donec fructus latitates sub folijs maturecant. unde in vere et in estate virent et in autumno pallent. et sic contra hyemem paulatim coadunt et tandem in terra cadentia coputrescunt multum in super conueniunt folia medicine. multis etiam animantibus sunt in cibum sicut folia edere que a capris et hedis maxime diliguntur ut dicitur in libro. Alias proprietates foliorum quere supra in eodem li. lxxij. c. Flores ut dicitur in libro. lxxij. dicuntur quasi fluores eo quod cito defluunt et soluantur in his tamen multiplex est gratia. s. odoris saporis et coloris lenitatis et virtutis. nam odore recreant et etiam delectant spiritum. sapore quidem mutant gustum. colore alliciunt visum. lenitate demulcent tactum. virtutem habent multiplicem sanant morbum. sephiro generant. austro dissoluantur ut ibidem dicitur in libro. arbores et herbas campos ortos et siluam pulcritudine sua decorant et ornant. dulcedine quam concipiunt ex celesti rore mel administrant. Et ideo apes flores mellificandi gratia visitant et frequentant. quoniam apparet flores mutat semper temporis significat. et spem de fructu

generant. nam flores semper fructum pretendunt et spem de subsequenti fructu relinquere consueuerunt. de puro et vinctuoso medulle arborum humore originem contrahunt et erumpentes de stipite virge virgam non violant nec deflorant sed potius ipsam perficiunt mirabiliter et decorant. Item flores in ortu solis se aperiunt sicut in oc casu sese sepius claudunt multi sunt qui ex paucitate humoris et liquiditate calefcente calore humiditatem consumente deficiunt et arefcunt. Aliquoniam etiam flores ad solis faciem se conuertunt secundum tamen eius ortum se aperiunt et processum se diffundunt ut patet in eliotropia que alio nomine dicitur solsequium et dicitur a multis cicoria ut patet supra in c. Intempestiuus autem ortus floris signum est defectus et carentie fructus vltimus consequentis. nam tales flores subito frigore vel etiam corrupto aere facillime corrumpuntur vel si sunt nimis hiemales. vel autumnales ad maturitatem debitas propter caloris defectum nullatenus perducuntur ut dicitur in libro. lxxij. ca. v. Inter alios flores preponuntur linoz flores rosas et violas precipue ad coronas nobilium seruant ad ornandas de quibus post est dicendum. est flos campi flos specialis sic dicitur quia per se crescit in locis incultis nec sulcatur vomere nec stercore impinguatur ut dicitur idem. Est itaque flosculus stipite quidem gracilis et modicus flore rubicundo et quasi colore sanguineo insignitus. cuius flores non plus nec minus quam per quinque folia communiter distinguuntur. cuius virtus centauree similis est. non tamen ex complexione sua tante est amaritudinis quamuis minor centauree in folijs et in stipite multum similis videatur et in multis medicinaliter non inferior ab antiquis sapientibus iudicetur. Centaurea est herba amarissima unde et ferene dicitur cuius species est duplex maior et minor. habet itaque cum quadam amaritudine dulcedinem in radice cuius succus melli mixtus visum clarificat. inflationes sedat. morsus venenosos curat et contra antracem apostema mortiferum iuuat et venenositatis sue maliciam reprimat et refrenat et impedit ne materie furiositas ad nobiliorum membrorum intrinseca se diffundat. Hucusque plinius ut supra etc.

De fructu. Capitulum. lxxij.

**F**ructus a frumine nomine accepit ut dicitur in libro. quod frumine. i. eminentiori parte gutturis vel cimur ut dicitur in libro. lxxij. inde et fruges dicimur. Fructus autem proprie dicitur arborum et agrorum quibus vtendo fruimur quibus abusiue fetum alterum fructum

aliqui etiam nuncupem. Est itaque generaliter attende-  
 dum quod pars arborum sive pars platearum quod dicitur nobilior et  
 vinctuosior est tamen in medulla quam in radice solet attra-  
 hi naturaliter a calore ut suo tempore procedente flore et fru-  
 ctu originem disponere in fructum magis generet humo-  
 ris et etiam calorem beneficio nutriat et foliorum etiam co-  
 operculo defendet solis. et virtutem celestem influentiam  
 ad perfectum educat. Et tandem maturato fructu  
 et collecto ad usum et usum debitum assumat. fructus  
 autem crudi et indigesti corporibus maxime puerorum  
 et debilibus sunt nocivi et inflantibus lubricorum et aliorum  
 vermium generantur. humorum malorum nutritivi gustus  
 naturalis corruptivi ut patet in mulieribus in pregnantibus qui  
 maxime desiderant fructus immaturos ut dicitur plinius. Si  
 fructus congrui et maturi tamen in medicina quam esui erunt  
 apti. ita tamen quod quilibet fructus quilibet modo utatur debito  
 et potus congruus post fructum ordine congruo  
 subsequatur ut in libro de dietarum plenius edocet.  
**Fructus** primo generaliter sunt crudi et indige-  
 sti siccitici. pontici vel amari sed calore exteriori  
 interiori confortante et humorem ponticum.  
 et terrestrem dissolvente ac digerente tanto dul-  
 ciorum saporum et conuentiorum accipiunt quanta  
 maturitatem perfectam plus accedunt. citius  
 autem accedunt ad maturitatem qui altius in ra-  
 morum summitatibus crescunt et calori radiorum  
 solarium directius se extendunt. maturitatis si-  
 gnum est mutatio coloris viridis et terrestris in  
 colorem pallidum vel in rubentem. Et mutatio  
 saporis insipidi pontici aut acidi in saporis sua-  
 nem gustui atque dulcem. primo enim nascuntur  
 fructus virides. sed quando tendunt ad matu-  
 ritatem vincente calore in substantia fructuum  
 colores mutant pariter et saporis. tanto etiam  
 sunt meliores et in substantia laxiores quanto re-  
 laxata vi caloris terrestris duricia etiam domina-  
 te humiditate aquea vel aerea maturitati sunt  
 propinquiores. et ideo probatur fructuum matu-  
 ritas non solum per visum quo ad colorem nec  
 solum per gustum ad saporis. verum etiam per  
 tactum quando compressi digito tactui cedunt et  
 sensui offerunt substantiam molliorem ut dicitur ysa-  
 ac in dietis. Fructus autem arborum crescenti-  
 um in montibus sunt puriores et sapidiores et etiam  
 suaviorum quam illarum que in vallibus sunt  
 crescentes et hoc accidit propter dulcius et pu-  
 rius et temperatius quod ibi scilicet in montibus  
 inveniunt nutrimentum ut dicitur arif. ut supra eo-  
 dem patet quere de diversitate arborum quo ad  
 fructus circa finem. Sunt autem quidam fru-  
 ctus primo dulces et saponi sed post efficiuntur  
 pontici et amari scilicet mirabolani ut dicitur arif.  
 tales fructus et si non fuerint comestibiles sunt tamen

alijs medicinales. Fructus autem dulces ut dicit  
 ysaac in quatuor qualitatibus sunt temperatio-  
 res humidiores et calidiores et ceteris nutritilio-  
 res. fructus vero frigidi. s. et pontici duri sunt et  
 siccitici ac opilatiui sive contractivi. stomachi tamen  
 confortatiui et appetitum excitatiui maxime si co-  
 mesti fuerint a ieiunio. sed post prandium sumpti  
 confortant stomachi orificium in usum sumpti con-  
 primunt cibum assumptum ad inferiora et sunt causa  
 solutionis sed si fuerint fructus acetosi et aquo-  
 so modico et terrestri etiam compositi acumen co-  
 lere extinguunt. similiter et sitim etiam mitigant sto-  
 machum confortant. humores grossos et frigidos  
 dissolunt. diuidunt non deponunt. dulces vero  
 acciunt eis vim conferentes penetrandi totum  
 corpus. fructus insipidi autem in quibus dicitur  
 aquosa humiditas ceteris minus sunt laudabi-  
 les quia stomachum non inuuant sed abhomi-  
 nationem et fastidium generant. Fructus itaque si be-  
 ne maturati fuerint erunt saporis boni odoris iocun-  
 di si non fuerint putridi non vermiculosi hu-  
 more vel corrupto aere non infecti. et tales fructus  
 in loco sicco et mundo melius et diutius custodi-  
 untur et maxime si in feno vel palea contegantur  
 ut dicitur plinius. nam iuxta terram in loco humido ci-  
 tius corrumpuntur. Item fructus maturi citius ca-  
 dunt de arboribus quam non maturi et facilius de nocte  
 quam de die. quia nocturno rore perfusi efficiuntur  
 ponderosi et ideo ad casum magis proni. Hec  
 de fructibus dicta sufficiant quia multa de fru-  
 ctibus supra eodem tractatu de arboribus in ge-  
 nerali sunt dicta. Quere ibi.

De germine. Ca. lxxv.

**G**ermen ut dicitur  
 si est pregnans surculus a gerendo di-  
 ctus videtur et germinatio. nam in germine gignit  
 humorum nutritivum et rationem seminali in eo est viget  
 et operatur calor naturalis et quous sit modice quantitate in  
 substantia maxime tamen virtutem et potentiam in efficacia. nam vir-  
 tus radicem trahit et transit in substantiam germinis et ideo herbe  
 que diu sunt in germine et viget in eis humorum transfusus a  
 radice maxime perveniunt usui medicine itaque germinem  
 dicitur quod per erumpit de radice arborum aut herbe. nam  
 confortato calore naturali qui in radice medulla est inclusus  
 radix humorem sibi necessarium attrahit vi caloris  
 et quod sibi non est necessarium ex se exteriori reijcit. et illud ca-  
 lore incluso sursum elevante ex aere intrinseco desiccante  
 in nam germinis transmutat et quous cessat attractio  
 per continuationem in radice. et ideo non cessat augmentum dilatatio  
 in germine quousque conveniat ad debitum comple-  
 mentum. Color itaque celestem penetrans ad medullam  
 radicem partes eius liquidiores ac puriores ac vinctu-

osiores ad se trahit. et coagulat ac cōiungit. et eo adunatas per poros terre insensibiliter inducēdo eas in substantiā germinis cōuertere non desistit vt dicit cōmētator sup libru vegetabil. cōtrahit autē colorē viridē mediū. scilicet inter rubentes et nigrū hūm dominiū equaliū partiū terrestrium et ignearū. nā generatio germinis habet fieri ex terreo humore nigro opaco. sed ppter aerearū partiū et ignearū admixtionē fit calor eius viridis. qui calor mediū esse dicitur inter rubeū et atq; nigrū. Est autē germē p̄cipiū culmi siue stipitis flouis atq; fructus emittens primo plures frondes mutuo se neccentes quos facit natura ad innati caloris in substantia germis cōseruationem. tenera enim eius substātia frigido aere defacili lederetur nisi ab extrinsecō nocumento tutela frandiū tueretur. de facili enim leditur ex aere frigido et etiā ex grandine et ex vento et etiā ex roze noxiō et infectiuo et ita cōtra huiusmodi nocumēta plurib; folijs cōnexis quasi plurib; tuniculis tegitur et munit. ortus itaq; germinū ornatus terre est p̄cipiū. nam oīa terre virentia a germinibus oriuntur mutatōis t̄pis ē indi cū et signū vernalis nouitatis finemq; annūciat hiemis ac preconiū est estiuālis nouitatis et venustatis. a brutis locustis et erucis corroduntur quandoq; germina et tūc spes vltēri de fructu non habetur.

De gramine Ca. lxxvj.

## **O**ramen ē agre

is herba ab eo q̄ germinet sic vocata vt dicit Jsi. beneficio siquidem caloris ex humore terre omnis herba generat. nā celestis calor terre superficiē penetrans ptes eius subtiliores aggregat et in radicis specie trāsfuratur. que terre infra calores intra se claudit cuius virtute humorē circūiacentis terre ad sui incrementū et nutrimentū attrahit et quod simile est i sui naturā alterat et cōmutat vel cōuertit. et quod sibi quo ad substātiā est superfluum ad generatōes foliorū germinis transmittit. q̄z hō multe ppter humiditatē matere extracto humore generantur radices multe et diuerse sūt graminiū et herbarū pductōes mutuo se colligantes et totius terre superficiē virosis gratia et florum decentia vestientes et quanto radices graminiū inferius amplius se pfundant tanto difficilius gramina culmos suos et folia in terre superficie se dilatant. Pullulantia autē gramina i p̄cipio sue generatōis se multiplicāt si compressa fuerint aut mediocriter cōculcata. Quā enim in p̄cipio nimis luxuriare permittuntur cito p̄u-

pūt in semē et indurantur de facili et suā perdit pulcritudinem et virosē vt dicit pli. ex situ autē terre vbi crescit et qualitate humorū quo nutriuntur diuersas qualitates et virtutes generalit̄ fortūntur vt dicit idem et cōmētator sup libru vegetabilū vnde ex humorib; cōplexiones cōtrarias habentibus quib; herbe et gramina imo omnia in terra nascētia diuersas cōsequuntur efficacias et virtutes vt dicit pli. et ysa. zc. p̄p̄ quod hūm auctores p̄dictos gramina montium siue locorū montuosorū sunt rarioza et breuiora q̄ gramina vallū siue p̄torū. illa tamen sūt ouibus cōuenientiora. quia dulciora et salubriora et mediocriter sicciora. in palustribus quidem crescentia sunt pinguiora et diffusiora. sed meliora sunt simpliciter que in montibus et locis altioribus oriuntur. Nam vt dicit constan. et etiā ysaac. herbe palustres peioris sunt nutrimenti nam aquosū generant sanguinē et cito se a mēbris dissoluentes. inflationem et rugitū in visceribus generant sed i cōtrarijs cōtrarie. Est autē regula vt dicit ysa. cuius radix iter herbas nutrit eius semen non est nutrimentū nec ecēuer so. cuius quidem semen nutrit eius radix nō nutrit. gramen itaq; vt dicit palladius. gramen facit solum in aspectu gratū. gratū quoq; est aliq̄bus in palu. gratum etiā fit languentibus in effectu. nam sicut in radicibus sic in graminiū latet virtus multiplex medicine. gramen etiā astiti tempus pluuosum. scilicet et calidum diligit. et virosē ex ymbrib; abundantia in locis desertissimis ex se diffundit sed p̄ualete vento boreali et frigido deficit extrinsecus et marcescit vt dicit beda. hūm dyaf. vero gramē dicitur quedā herba specialis hūis virgas nodosas. spissas. spersas super terrā et folia lata aliquantulum et acuta cuius radix nodosa est et dulcis. et hanc herbam boues et alia animalia libenter comedūt et depascunt cuius virtus est stiptica et vulnerū conglutinatiua ventris constrictiua. vulnerum renū et vesice sanatiua doloris splenis mitigatiua. hanc herbā noscunt canes et illam comedūt q̄ se purgare volūt vt dicit plinius. ita hoc faciunt caute q̄ vix pōt hoc ad humanam periciam deuenire.

De galbano. Ca. lxxvij.

**O**albanus est herba cuius succus galbanū dicitur. et est herba in ramis ferule similis. imo vt dicit varro. galbanum succus ferule est vt dicit Jsi. li. xvij. inciditur autē herba i estate et effluit inde lactina que recolligitur et desiccatur. Idēz

autem galbanū est optimū quod est mundissimū. 7 habet plures guttas sicut armonialē 7 est similis thuri in colore habēs grana lumpida cuius granū nō est nimis sicū. vt dicit pli. 7 dias. in estate circa fraticem desiccatur. Inest autem ei virtus ignea calida. In tercio gradu. 7 humida in primo vt dicit idem. sophisticatur autem cum puluere colophonie. i. pinis grece. 7 cum fabis fractis corticibus abiectis que cum optimo galbano 7 resoluta admiscentur. Galbanū aut purum diu pōt seruari. virtutē habet attrahendi. dissoluendi. leniendi. relaxandi. et mitigandi. fumus eius litargicos excitat dolores splenis 7 opilationes cū acetato sanat. fetuz mortuū de matrice educit et matricem purgat cū melle puluis galbani lumbricos necat. fumus eius mēstruis impat. serpentes et venenosa eius fum<sup>9</sup> fugat. dolorē dentium mitigat vt dicit dias. et pli. et pla. vbi subditur qd si galbanū debet poni in medicina prius debet a superfluis emundari. Primo igitur super ignem in testa debet liquefieri et in aqua post infundi et quod purum est superenabit quod vero inutile est vt cortices et lapilli inferius residebit. Diascorides tamē dicit qd in aqua ferienti galbanū debet poni. et quod petri fundū colligi. quod aut superenatat vt cortices et huiusmodi debet amoueri.

**De gutta.** **Ca. lxxviiij.**

**Gutta ad modū**  
galbani est cuiusdā herbe vel arboris lacrima. que alio noīe armoniacū appellatur. istius aut arboris vel herbe ramusculi diebus estiuis ab incolis inciduntur. et gutta que inde distillat gutta siue armoniacū nuncupatur a medicis vt dicit **Pli. lxx. Ist<sup>9</sup> gutte** species ista est nobilior que mundior est et purior et terre seculētia impermixtor. que quidē debet esse candida 7 pinguis sicut thus et quādo frangitur apparet splendida interius et gūmosa vt dicit dias. et pli. et habet odorem similem castoreo et saporem subamarū aliquantulus siue acrum. Est aut gutta calida in tertio gradu et sicca in secūdo habens virtutē dissoluendi 7 relaxandi vt dicitur in plat. cuius scrupulus potatus cū oximelle spleneticas curat asperitates et immūdicias oculoꝝ mitigat 7 curat. cū succo absinthij lumbricos necat. cōtra arthericaz 7 sciaticam passionē cū pice dura multuz iuuat urinā puocat. 7 mēstrua purgat. omnes tumores 7 inflationes sedat. vt dicit glosa sup illum locuz mirra 7 gutta **zē.**

**De gariophilis.** **Ca. lxxix.**

**Gariophili vt dicit**  
dias. quidā sunt perfecti 7 saporis acuti coloris subnigri calidi 7 sicci in effectu. humidi vero interius actu. quidam in suis qualitatibz magis sunt remissi. Sūt aut fructus cuiusdam arboris in india qui in estiuo tempore colliguntur qñ sunt maturi per quicqz annos in multa efficacia cōseruātur in loco etiā nō nimis sicco nec nimis humido debent seruari. qz in multū humido putrescūt 7 multū sicco arefcunt. eligendi aut sunt qui in superficie aliquantulum habent planitiē qui acuti habent saporem 7 suauem odorem 7 qui expressiōe vnguis aliquid emittunt humiditatis. Sophisticantur autem cum puluere gariophili mixto cū acetato 7 vino odorifero ex quo cōtrahunt humiditatem 7 vix discernūtur. quare in exteriori superficie magz sunt acuti qz alij. 7 iō acuti magz ē in exterioribz qz interioribz. s̄ sophisticati nō possunt vltra viginti dies obseruari. habent autē boni gariophili virtutē confortandi ex aromaticitate sua dissoluendi 7 cōsumendi ex qualitatibz suis. confortant enim cerebrū 7 virtutē animalem. valent etiā cōtra defectū cordis quare confortant virtutem spiritualem. valent etiā contra indigestionem stomachi 7 dolores ex frigiditate 7 ventositate quia virtutem iuuat naturalem buculqz dias.

**De geneffa.** **Ca. lxxx.**

**Geneffa que etiaz**  
ab amaritudine dicitur quia gustus nimis hominibz amarus est. arbuscū crescens in locis desertis incultis 7 saxosis. cuius presentia infertilitatis 7 ariditatis terre. vbi crescit testis ē. habet multos ramos graciles duos 7 nodosos virentes hyeme 7 estate flores glaucos. spissos. 7 inuolutos. grauis odoris. amari saporis. sed tamen sunt maxime virtutis vt dicit dias. nam florum 7 folioꝝ ei<sup>9</sup> elixatura splenis tumorem cōpescit. dolorē dentium subuenit menstrua stringit. fluxum dissentire sistit. pediculos 7 lendes succus eius perimit. semē facit amarum 7 nigrum in quibusdam tecis longis et nigris ad modum folliculoꝝ viciē vlt pile conuolutum 7 valet ad predicta **zē.**

**De grano.** **Ca. lxxxj.**

**Granum est mi-**  
nima tā seminis qz arboris pticula distincta substācialiter 7 diuisa. in q

libet autem grano est cortex et medulla in qua relinquitur ratio seminalis ut ex grano terre commisso possit produci planta. unde in quolibet grano est relicta potentia a natura ut ex eo possit fieri planta qua mediante sua species multiplicetur et in esse specifico conservetur. Unde granum quodvis sit modicum in substantia corticis et medulle magnum tamen est in rationis seminalis efficacia et virtute. et sicut grana differunt in specie. sic differunt in figura situ aut dispositione. unde dicitur arif. in primo libro de plantis. grana inquit et semina alia nascuntur in plantis siue siliqua ut semen aneti et feniculi et huiusmodi. et alia nascuntur in siliquis et folliculis ut faba et alia leguminosa et alia in substantia callosa emittuntur ut semina pisorum et pomorum et quedam habent grana et semen in testa et callum extra testas ut nux et oliua grana autem ordinata in siliquis et in folliculis variantur multipliciter in situ. Quia quedam habent grana multiplicata in siliqua sua sicut accidit celidonie que est herba valens ad oculos. et quedam faciunt grana in folliculo clauso ut faba pisa etc. et quedam in non clauso sicut triticum et spelta et similia. Quedam autem non faciunt grana sua in aliquo folliculo ut grana ordei sed paleam suam quasi continent cum grano suo. et quedam grana sunt duplicia per ordinem absque pariete in siliqua sua ut grana celidonie. et quedam sunt duplicata pariete mediante ut patet in granis nasturcij. et quedam triplicantur in diversis per ordinem cellulis folliculi ut patet in mirto in cuius fructu sunt tres celle et in qualibet tria genera vel quatuor sine pariete aliquo sunt coniuncta. et quoniam est inter grana paries lignens sicut in cassia fistula. aliqui paries carnosus ut patet in cucumere et cucurbita. et quoniam iter grana sunt parietes diversi generis et diverse substantie ut accidit in malagranatis in quibus sunt quidam parietes carnosus inter grana et grana. siliqua et quedam teles tenues non carnosus sunt inter grana et grana sicut differunt grana et grana inter se in substantia ita etiam in figura. habent enim quedam formam rotundam quedam pyramidalem et oblongam. quedam triangulam vel multilateram ut patet in ciceribus. grana autem que sunt oblonga in uno latere videntur esse quasi scissa ut patet in grano tritici et consimilibus corticibus autem siue telis muniuntur grana propter interioris medulle et caloris naturalis conservationem. hucusque arif.

De gith. Cap. lxxxij.

**G**ith genus est leguminis simile cimino in quantitate

sed nigri coloris et in pane spargitur dulcorando ut dicitur glo. super ysa. xxviii. sicut planta arif. et dicitur. gith est herba calida et sicca in secundo gradu. que inter frumenta nascitur habens semen parvulum nigrum et quasi triangulum diureticum et subamarum. habens virtutem dissolvendi et consummendi. opilationes etiam splenis et epatis habens dissolvendi virtutem et aperiendi. et ventositates extenuandi. et emoroidas inflatas sedandi et earum fluxum restringendi et lumbricos ventris vermes cum melle interficiendi. hac herba dicunt esse nigellam cuius decoctio in aceto occidit vermes aurium. si auribus tepida instilletur apostemata rumpit si cum sulfure et semine lini et fimo columbarum in vino decocta cataplasmetur contra lepram etiam valere dicitur sicut raphano in vino decocto et modico sale apponatur. menstrua provocat. et abortum procurat si mulier inde suffumigetur. contra strangurias et etiam passionem yliacam vinum in quo noctem nigella infusa fuerit propinetur nec debet decoqui ne nimis violenta efficiatur. Nam ut dicitur constan. nigella in multa quantitate sumpta occidit.

De ilice. Cap. lxxxij.

**I**lex ilicis est spes

quercus arbor scilicet glandifera. et dicitur ab eligo eligis quia ut dicitur in libro xiiij. huius arboris fructum homines sibi primo ad victum inveniunt et elegerunt. prius quoniam enim frumenti esset usus antiqui vixerunt glande. Inter autem arbores glandiferas honorabilior iudicatur illex. cuius fructus ut dicitur in libro xvij. multas refert natos. Est siquidem illex arbor grosse et profunde radice solidissimi ligni et corticis durissimi spississimi et rugosi multe ramositatis et ratione foliorum umbrositate iocunde. et quo ad fructus glandiferos non modice quantitatis et fecunditatis. lignum siquidem eius forte est et durabile immo fere imputabile. Nam eius truncus in profundo sub aquis depresso quasi in lapidis soliditatem convertitur. et quanto prolongiora secula in talibus locis humidis defiguntur tanto amplius indurantur et ideo talia ligna deorum templis et regalibus edificiorum structuris erant apta. ideo propter indissolubilem ligni naturam ex ilice deorum simulachra sepius sculpebantur ut dicitur in pli.

De iunipero. Capitulo lxxxij.

**I**uniperus ut dicitur **I**sid. sic dicta apud grecos. eo quod ab amplo in angustum finitur sicut ignis. vel quod conceptum diuini ignis conservet adeo quod si praeane ex eius cinere fuerint operite usque ad annum ut dicitur nullatenus extinguent. per siquidem ignis dicitur apud grecos. unde iuniperus quasi gignens ignem dicitur. Juniperus alia est magna alia est parva ut dicitur **I**si. li. xvij. et utraque arbor est aspera et quasi aculeata et folia habet multa gracilia et acuta. et utraque est fructifera sed parva magis. multa enim fert grana parva et rotunda primo viridia et post efficitur quasi purpurea vel quasi subrubea quam plenarie sunt matura. viror est frater et folia vix deponit. Est autem arbor calida et sicca in tertio gradu ut dicitur **dias**. cuius fructus congruunt medicine qui in vere colliguntur et per biennium reseruantur. virtutem habent dissolventi et confortandi contra fluxum ventris ex acumine medicine usque decoctio baccarum eius in aqua plurali si inde patiens balneetur. Et iunipero etiam fit oleum iuniperinum efficacissimum contra quartanam si quotidie inde pondus dragme in cibo vel alio modo offeratur. valet etiam contra iliacam passionem si partes dolentes inde perungantur. epilepticis et caducis se benevit. lapidem frangit si per siringam injiciatur. siringa est fistula subtilis cum qua medicina mittitur in vesicam. vinum decoctionis iuniperi cum ficibus siccis pectus purgat. tussim tollit hucusque plato. et **dias**. in locis saxosis et incultis crescit et in desertis. eius umbram fugiunt serpentes ut dicitur **pli**. et ideo fructus eius creditur valere contra venenum.

**De isopo. Ca. lxxxv.**

**I**sopus est herba brevis et modica inter petrosa crescens et in radice petre solide se infingens ut dicitur **casiodorus** super **psalm**. hanc herbam dicit **dias**. esse calidam et siccam in tertio gradu. huius virtus consistit in floribus et folijs plus quam in stipite vel in radice. in estate autem producit flores qui debent colligi et in loco umbrato mundo etiam non fumoso desiccari. habet virtutem dissolventi et confortandi et attrahendi mundificandi pulmonem. et omnia vicia pectoris ex causa frigida purgat et mundificat si cum vino decoquat et patienti prebeat. dolorem stomachi et intestinorum tollit. fomentum ex aqua decoctionis eius a superfluis humoribus matricem mundificat et abstergit. herba isopi in testa calefacta et capiti supposita catarrum frigidum copescit vulvam cadentem reprimat. dolorem ve-

tolitatis tollit. Dicitur autem hec isopus hoc isopum et a quibusdam autoribus eius media corripitur et a quibusdam producit. Dicitur etiam in aurora. Est humilis petreque suis radicibus herens. Et iocys isopus pectoris herba medes producit. In antiochiano autem producit **alanus**. Se celum terre confortat cedrus isopo. Et iterum alius dicit. Pectoris herba cauas rupes infedit isopus. et iterum alias. Ad pulmonis opus confert medicamentum isopus. tante etiam auctoritatis fuit herba quamvis modica apud veteres ut dicitur **pli**. quod sine ipsius aspersione se purificari non posse in delubris reputaret. unde etiam apud hebreos fasciculo isopi mundandi solebat purificari ut patet **Exo. xij. et Levit. xij. et Numeri. xv.** insuper eius pulvis valet contra ydropisim ut dicitur **dias**. limorem a corpore mundat. et colorum vultibus optimum administrat dolorem dentium mitigat. timitus aurium sedat et etiam lumbicos necat ut dicitur **ide**.

**De iacincto. Ca. lxxxvj.**

**I**acinctus est herba habens flores purpureos. traxit autem nomen a puero quodam nobili qui in saltibus inter flores purpureos mortuus est repertus. deditque nomen herbe casus funeris puerilis. est etiam similis violae in floribus et radice ut dicitur **I**si. li. xvij. eiusdem nominis pariter et colorum est quidam lapis preciosus qui inter duodecim lapides preciosos in apocryphis numeratur. Jacinctus itaque est nomen hominis lapidis atque floris proprius itaque color eius est aereus siue celestis. purpurea autem habet colorum sanguinis siue ignis sed bilis nigris. istis. xvij. coloribus colorata fuerunt sacerdotalia vestimenta in veteri testamento.

**De insquamio. Ca. lxxxvij.**

**I**nsquamus grece a latinis dicitur canicularis eo quod in hasta eius ex utroque latere quedam crescunt capitella formata in figura cancri sicut est videre in malis punicis seu granatis ut dicitur **I**si. li. xvij. quorum ora sunt separta et diuersa habentia intus semina similia papaveri. Hec herba insana vocatur quod usus eius periculosus est nam si edatur vel bibatur insaniam facit vel somni imaginem torpidam. et ideo hanc vocat vulgus milindium propter alienationem mentis quam inducit. hec autem cum sit herba venenosa habet semen nigrum rubeum et album ut dicitur **dias**. et **pli**. nigrum pessimum est et mortiferum. rubeum est minus malum sed album adhuc minus. unde huius usus magis conuenit medicine. virtutem habet constringendi. mortificandi

7 somnū puocandi. habēs semē nigrum habet folia nigra aspera 7 dura. 7 florē purpureum 7 folliculos duos 7 solidos 7 spissos. habēs 70 semē obrufū flores h3 melinos 7 folliculos molliores. 7 hñs semē albū h3 flores albos 7 folia p̄guia 7 mollia succo plena. 7 est herba frigida in tercio gradu. 7 sicca in secundo. 7 iō tumores repercutit. ventrē stringit. fluxū sanguinis sistit. dolorē dentū de calida cā tollit. reuma calidū cōpescit. hucusq; dias. 7 pli. de semine siquidem iusquiami dicit arist. li. vegetabil. semen helē. i. iusquiami quod est mortifex apud ptes in hierusalē est cōmestibile de quo patet q̄ eius malicia 7 venenositas p̄ bonitatē terre vbi crescit v̄ maliciā diminiuit vel auget. De iusquiamo dicit magister in hist. sup. ero. q̄ in tiara siue sumi pontificis corona stabat flos erectus similis herbe quā greci iusquiamos vocāt. digiti vni⁹ magnitudine. sub illo autē flore in extremitate tiare circa frontē 7 occiput erat circulus aureus triplici ordine distinctus sup. quā stabant flores aurei similes plantagini a timpe ad timpus 7c. vnde in hoc fuerūt priuilegiatē iste herbe q̄ earum similitudo i cidiari sacerdotū sumi figurari meruit.

De castanea. Ca. lxxxvij.

**C**astanea ē arbor magna 7 p̄cera sicca grecis vocata vt dicit *Si. li. xvij.* eo q̄ fructus ei⁹ gemini in modū testiculorū inter folliculū reconditi sunt. qui dū eiciunt calstrant 7 iō tales arbores a castrādo castanee greco vocabulo nuncupant. hec arbor vt excisa fuerit tāq; silua expulurare cōsuevit vt dicit *Si.* hec arbor est multū vtilis nā ei⁹ lignū valet ad edificiorū structuraz ad ignū nutritū. ei⁹ fruct⁹ valet ad cibū 7 cortices 7 folia ad medicinā fruct⁹ siq̄dē ei⁹ q̄uis sub vili cortice aspero 7 duro in arboze abscondatur tñ qñ maturus extrahitur dulcis inuenitur potissime qñ decoq̄t vel assat. sic autē subdit ysaac in dietis. castanee sunt calide i medio p̄mi gradu. 7 sicce in secūdo. 7 iō rōe caloris habent dulcedinē. rōe vero siccitatis hñt ponticitatem. Castanee tñ nimis cōmeste sunt inflatiue 7 doloris capitis p̄t̄ inclusū fumū generatiue sed vt ab eis nocuentū auferat oportet q̄ assent vt corpulētia eaz 7 terrestritas rarificet. vel vt i dulci aq̄ decoquāt vt ex aq̄ humiditate 7 mollicie tēperēt 7 tūc bñ nutriunt 7 laudabiles humores generāt 7 corporis ac pectoris siccitates generāt 7 maxime sicū zucara comedāt. a colericis 7 fleumaticis cuz puro melle valent etiam fm medicinam qz abominatiōis 7 vomit⁹ sunt

cōstrictiue 7 ieiuni in testini cōfortatiue. Itē castance cū modico sale trite 7 cū melle t̄pate rabi di canis vel hois morsus sunt optime sanatiue. Itē cū farina ordeī 7 cum aceto cathaplasmate tumoris māmillarū sunt efficaciter rep̄ssive. Itē earū cortices 7 folia vsta 7 puluerizata ac cū vino t̄pata adolecētis capiti ad modū cathaplas matis apposita augmentant capillos 7 p̄hibēt eorum casum. hucusq; ysa. in die.

De lauro. Ca. lxxxix.

**L**aurus est arbor victorialis digna multis laudū p̄conijs p̄t̄ singularē grē siue excellentiam 7 virtutis p̄pter qd̄ 7 victores quondā obtēta victoria fertis laureis coronati laureati dicebāt quā greci daphnē vocant cui⁹ virtutes 7 singulares p̄prietates supra posuim⁹ in h̄ eodem libro in littera a. quere ibi 7 inuenies.

De lentisco. Ca. xc.

**L**entiscus est arbor humilis 7 medicinalis q̄ a grecis 7 hebreis scin⁹ alio noīe nūcupatur vt dicit glo. sup. dan. xij. cui⁹ foliorū succ⁹ sanat 7 cōglutinat scissa labia siue alia vlcera vt dicitur ibidē. 7 dicit lentisc⁹ eo q̄ ei⁹ cuspis mollis fit 7 lēt⁹. nā qd̄ molle ē 7 flexibile lentū dicē cōsuenim⁹ vt dicit *Si. li. xvij.* isti⁹ arboris fructus oleū desudat 7 cortex resinā que mastix appellatur. 7 ē melior q̄ i chio insula generat vt dicit *Si. li. xvij.* folia isti⁹ arborū fm dias. 7 plat. 7 pli. sic 7 tota arbor calida sūt valde 7 sicca 7 hñt virtutē p̄strigēdi 7 cōsolidādi 7 cōfortādi 7 iō v3 7 vomitū 7 oēs fluxū tā sanguis q̄ hñorū aliorū. siles virtutes h3 gūmi ei⁹. s. mastix q̄ a masticādo sic dī eo q̄ masticata efficitur glutinosa 7 dura ad modū cere circa dētes. 7 sic masticata gingiuas a putridis hñoribz purgat dētes mobiles cōfirmat 7 dealbat 7 eoz radices roborat 7 p̄firmat malū ābelitū amputat 7 emūdat. Hec mastix ita colligit i fine veris cortices scini siue lentisci icidit 7 mūdificata ēra vestes mūde supponit ne liq; cadēs i trā cadat vñ q̄ clara ē 7 mūda ac alba ē eligēda. q̄ ho h3 trā admixtā 7 ē obscura ē abijciēda. cēbz emūdat 7 depurat 7 multū ex creare facit. virtutē digestiua p̄fortat. v̄tositates attenuat. liq̄factū s̄ tegulā calidā. oia fracta gēmas. s. 7 alia miro mō p̄solidat. dicit eē pli. sic 7 dias. scin⁹ arbor ē spinosa multū cū radice alta. i plurimas ptes diuisa fructū habēs simile mirtō. 7 minorē rubeū interi⁹ qñ ē matur⁹ 7 asperā lanā intus cuius succus sanat fluxū mulierū.

**L**ilium ut dicit is.

est lactei floris herba cuius candor cum sit in folijs auri tamē species intus fulget. De lilio autem dicit dial. 7 plat. lilium calidum est 7 humidum 7 aliud est siluestre 7 aliud domesticum. 7 aliud gerit purpureum flore 7 aliud album quod est efficacius. 7 aliud croceum vel purpureum. Est autem virtus lilij maturatiua unde valet contra apostemata si cum auxungia conteratur. Itē ei inest virtus remolitiua. unde valet contra splenis duriciam si ei succo oleo veteri admixto 7 bene incorporato splenis regio inungatur. Item ei inest vis mundificatiua. unde valet ad faciē colorandā. si puluis eius cum aqua rosacea admisceatur 7 inde facies abluatur. Itē mitigatiua 7 ideo folia ei decocta 7 imposta valent ad loca que sunt combusta. idem facit radix eius si trita cum oleo apponatur. Item virtus eius est apertiuā 7 cōpactorum dissolutiuā 7 ideo educit purgationem menstrualem. Item virtus inest ei tumoris repressiuā. 7 ideo valet contra apostemata ex ventositate inflatiua si radix eius trita cum oleo sepius apponatur hucusq; dial. De lilio autē sic dicit plin. lilij radices multis modis nobilitant florem suū. nam posite cum vino serpentū ictū sanant 7 valent contra singulorum maliciam et venenum decocte in vino oleo admixto clauos pedum 7 nodos solvūt pilos quoq; locis adustis reddūt in vino etiam decocte addito melle venis prescis subueniunt. folia eius cocta in vino vulnera sanant. semen eius contritus igni apponatur sacro. flos 7 folia subueniunt vlcerū necessitati. hucusq; pli. li. xx. ca. xix. Itē in eodē li. ca. v. lilium rose nobilitati proximū est ex quadam vnguenti cognatione. inde fit nobile vnguentum siue oleum quod liliozum appellatur sicut 7 de rosis oleum rosaceū fieri consuevit. De radice eius procedit hasta interdum trium cubitorū. deinde dependet ab eius summitate flos decliuus ab angustis in latitudinem se relaxans 7 dilatans ad modum campanelle resupinus 7 in circuitu labiorum intus habens quasi tenue filum continens in se semen stantibus in medio crocis. unde lilio nihil gratiosius est quo ad decentiam coloris odoris redolentiam 7 efficaciaz corporis 7 virtutis eius color est triplex alb<sup>9</sup> rubeus 7 purpure<sup>9</sup>. hucusq; pli. li. xx. ca. v. habet autem lilium radicem ex multis bullis consistētem sicut allium ut dicit arif. libro vegetabilium et in singulis bullis est virtus seminatiua et

ideo ex vnoquoq; crescit planta quando per se plantatur. de hoc quere supra eodem de allio in littera a. Dicit autem ad predicta arif. q; hasta lilij que nodosa est si incuruatur in terram et cooperatur anteq; aperiatur semen eius 7 radix eius sine cepa non eradicet statim infra paucos dies inuenies q; a quolibet nodo stipitis sui emittit cepulam parua quasi esset illa de tunicis suis siue de bullis. cepulis. s. radice 7 hoc est mirum valde. Item ibidem sequitur. flores lilij prius sunt virides post albescūt. 7 si stipes siue hasta a radice totalitē abscidatur. quia tot<sup>9</sup> humor stipitis est inclusus naturalis calor in medullam se conuertit ad superiorem partem stipitis 7 digerit materiam ipsius floris 7 tunc expandit se flosculus 7 albescit humore primitus tūc digesto. 7 ideo ut dicitur ibidem versificatores cōparauerunt lilium intellectui humano qui in fine sollicitatur de eternis. Item ibidem dicitur q; lilium non habet rationem sementinam in semine 7 radice 7 hoc differt a porro 7 allio que habent rationem seminis in multis locis de hoc quere supra de allijs 7 cepis in littera a 7 c. Lilij insuper hasta nouit cū flore abscisa glebe argillo se infixa in uirore seruat diuti<sup>9</sup> flores suū flos lilij quando integer est 7 intact<sup>9</sup> permanet multum. suauiter redolet. cōfractus vero manibus 7 confricatus multum fetet. ipsuz quoq; flores cum semine solum pro fructu habet. totam etiam virtutem quā habet lilium in stipite 7 radice totum ostendit in capite scilicet 7 in flore 7 in semine. 7 quanto flos ipsius alcius in hastili erigitur tanto caput submissius inclinatur. flos in super eius exterius est plan<sup>9</sup> suauis tactu 7 forma rotundus. aspectu delectabilis 7 iocundus nteri us autem granis aureis in sua concavitate est respersus que tingunt plus q; crocus 7 htingentia grana septem hastulis sustentantur. unde ex sex folijs candidissimis simul contiguīs componitur. 7 ex septem granis aureis intrinsicis decoratur in quorum medio semen eius loco fructus miro decore collocatur 7 circūexpansio floris beneficio teneritudo semis a lesione frigidi aeris custoditur.

De lactuca. Ca. xij.

**L**actuca ut dicit

isi. ex lactei humoris exuberantia est vocata. vel q; nutriētes mulieres lacte implet. hec in viris veneris motū arceat. cui duplex est species. s. domestica 7 agrestis quam feraliam vocamus eo q; deorsum eius aculeos habet duos ad modū ferre ut dicit Isi. li. xvij.



ca. vitimo. de qua dicit ysa. in dietis. lactuca a-  
 grestis domestice in forma est similis sed longi-  
 ores habet frondes subtiliores asperiores 7 mi-  
 nus virides propter sue humiditatis paruita-  
 tem 7 ideo multe est amaritudinis 7 ponticita-  
 tis respectu illius que domestica est. quia maio-  
 ris est caloris 7 siccitatis. 7 ideo multi dicunt q̄  
 menstrua pronocat 7 humores crudos expel-  
 lit vt dicit dial. lactuca vero domestica frigida  
 est 7 humida sed t̄pate ita q̄ in neutra qualita-  
 te excedit modum 7 ideo ei<sup>9</sup> vsus congruit vsui  
 medicine. subtilem habet substantiã 7 maxime  
 quando erit recēs 7 ideo cito digeritur 7 stoma-  
 chi arsuram 7 morsuram ex colera rubea sedat.  
 sanguinis ebullitionem refrigerat. insomneita-  
 tem placat. capitis dolorem ex fumo colerico sa-  
 nat. lac in mulieribus multiplicat 7 semen in vi-  
 ris generat 7 augmentat. 7 hoc accidit propter  
 bonitatem sanguinis quem gignit in perfecta  
 quantitate. 7 in perfecta etiam qualitate s̄ quã  
 do antiquatur 7 induratur minuitur ei<sup>9</sup> humi-  
 ditas 7 amaricatur ex vsu eius sanguis pessim<sup>9</sup>  
 generatur. virtus visiva inde deficit 7 debilita-  
 tur cuius causa est sensus animalis mortificatio  
 quia cum sua ponticitate sensum suffocat natu-  
 ralem 7 ideo talis lactuca generare volentibus  
 maxime est nocua. nam materiam congelat. co-  
 agulat seminalem 7 precipue semen eius si in ci-  
 bo aut in potu sepius assumatur hucusq̄ ysa.  
 in dietis. Plinius autem libro. xx. ca. octauo de  
 lactuca dicit. est species lactuce sponte nascen-  
 tis quam caprinam vocant qua proiecta in ma-  
 re protinus necantur pisces qui sunt in vicino.  
 cuius lac cum aceto 7 aqua 7 vino ydropicis me-  
 detur. cuius caule 7 folijs confusis asperso sale  
 nervi incisi sanantur. alia est species lactuce que  
 nascitur in aruis cuius folia trita cum polenta  
 illita vlceribus sanant. 7 hanc greci yfopum vo-  
 cant. cuius folia trita cum polenta vulneribus  
 prosunt sanguinem sistunt. 7 putrescentia vul-  
 nera sanant. radice 7 folijs mitigant ignem sa-  
 crum. est 7 alia species lactuce habens rotunda  
 folia 7 breuia quam multi heratiã vocant cuius  
 succum accipitres scalpendo herbam extrahunt  
 7 inde tingentes oculos discutiunt obscurita-  
 tem 7 caliginem cum senescunt. cuius herbe suc-  
 cus sanat omnia vicia oculorum 7 maxime quã-  
 do ei lac mulieris admiscetur serpentum morsu-  
 bus 7 scorpiorum ictibus medetur si succ<sup>9</sup> eius  
 cum vino potetur 7 folia trita super vulnus em-  
 plastrantur. omnem etiam inflationem discutit  
 7 compescit. semen etiam lactuce tam siluestrio

q̄ domestice libidinis ymaginationes 7 somne  
 compescit. 7 corpus pollui non permittit si in ci-  
 bo frequenter assumat. frequens tamē ei<sup>9</sup> vsus  
 7 nimius vsus oculorū efficit obscuritatē. Dul-  
 tas alias laudes ei attribuit plinius in eodē ca.  
 sed hec sufficient.

De lappa Capitulū. xcij.

**L**appa est herba  
 habens folia lata 7 spissa circa terrã  
 habens in summitatibus hastulariã  
 quedam capitella spinosa 7 aculeata sed recur-  
 ua que vestibis transeuntium solent adherere  
 Unde dicit Isidorus. libro. xvij. lappa est di-  
 cta eo q̄ habeat caulem ingentem per terrã dis-  
 positam que a grecis phylantropos vocatur eo  
 q̄ vestibis hominum adheret ob asperitates  
 sui 7 nascitur iuxta muros. 7 dicitur phylantro-  
 pos id est amans hominem quia quadam affe-  
 ctione videtur hominis adherere vestibis. Cu-  
 ius species duplex. acuta 7 rotunda ad similitu-  
 dinem pedis caballi disposita vnde 7 a multis  
 vocatur vngula caballina 7 vtriusq̄ folia gra-  
 nis 7 horribilis sunt odoris pariter 7 saporis vt  
 dicit dial. Sed pli. li. xx. c. xxij. lappe multe sunt  
 species 7 omnes sunt medicinales. nam ictibus  
 scorpiorum medent<sup>ur</sup> nec feriunt hominem si in-  
 iunct<sup>9</sup> fuerit succo ei<sup>9</sup>. decoctio radicis ei<sup>9</sup> iuuat  
 dentes 7 etiam confirmat si tepida in ore tenea-  
 tur semen eius inextricabilia vicia stomachi cu-  
 rat. reijcientibus sanguinem prodest. dissente-  
 rijs subuenit. nam redit eius cum vino sistit al-  
 uum. sed folia adiecto sale solunt. semen ei<sup>9</sup> po-  
 tui datum adiuvat calculosos. tota herba trita  
 cum anxyngia valet contra strumam. hucusq̄  
 plinius. Sed plat. lappa siue lappacium ē her-  
 ba calida 7 sicca habens virtutem dissoluendi.  
 relaxandi. aperiendi. 7 attenuandi. 7 ideo valet  
 contra scabiem. pruritem. serpiginem 7 impeti-  
 ginem. 7 intercutaneum consumit humorem a-  
 postematum dissoluit duriciem 7 tumorem. va-  
 let contra frigidam ydropisim. splenis opilati-  
 onem succus eius cum succo ruthe admixt<sup>9</sup> ce-  
 rebzum purgat a fleumatica superfluitate si in  
 modica quantitate naribus in balneo vel i aere  
 calido instilletur.

De lappate. Capitu-  
 lum. xcij.

## Lappates cib⁹ ē

ex quibusdā herbis domesticis recētib⁹ lappacis similib⁹ cōpositus ant cōfectus vt dicit glo. super indicā ca. xv. vñ alexander ait. Lappates cib⁹ est 7 olus cōponit eundem. fm alios lappates gen⁹ caulis habens folia lata vt lappa. sed folia lappatis sunt mollia 7 crassa subalbida plana inuoluta inter se mirabiliter cōnexa. habens stipitē breuē 7 grossū nodosum exten⁹ sed mollē inter⁹ 7 carnosum. hec herba cōuenit medicine 7 esui. sed inde fit cib⁹ bonus qui diu seruari pōt si decocta cum aceto sinapi 7 melle diligētius cōponatur. 7 talis cib⁹ vulgariter cōpositū nūcupatur cuius virtus ē singularis. s. resistē ebrietati vt dicit pli. li. xx. ca. x. nam ante cibū cōmesta cauēt ne ebrietas supueniat post crapulam sumpta cōpellit crapulā vt recedat 7 vt clamat scola rasis. Cruribus fractis hac herba nihil est vtilius stomacho atq; nervis. 7 ideo paraliticis 7 tremulis iubet eā dari 7 sanguinē excreantib⁹ lactis vbertatē p̄bet pueris. valet etiā succus aduersus venenū 7 serpentū icib⁹ occurrit 7 maxime semē eius. similiter valet cōtra morsus canis vt dicit si. li. xvij.

De legumine. Ca. xcv.

## Legumina abeli

gendo sunt dicta quasi electa. veteres enim meliora legebāt 7 inde sibi cibaria cōponebāt. 7 dicunt. pprie quedā grana tritico 7 ordeo maiora 7 spissiora que nō folliculis sed potius in quibusdā siliquis grossis spissis 7 clausis oriunt⁹ vt patet in pisicis cicerib⁹ atq; fabis. Differūt autē legumina in magnitudine. colore 7 figura 7 sapore. Nam inter legumina maiora sunt grana fabaz 7 lupinorū mediocria cicerum 7 pisorum minima lenticulorū 7 viciarū. in colore differūt qz quedā alba quedā nigra quedā rufa 7 quedā mixta. In figura qz quedā rotunda quedā oblonga quedā triangulara quedā plana. Differunt etiā in sapore qz quedā sunt stiptica 7 dura. sed per decoctionem fiunt molliora 7 ad esum etiā meliora. qdā enim in se sunt amara vt lupini sed p̄ adiectōez in aqua 7 madefactōez efficiunt⁹ dulciora. 7 vt dicit plinius legumina qm̄ incipiūt maturescere rapienda sunt qm̄ cito exiliūt latentq; dum deciderint vt lupini sicut dicit pli. li. xvij. Est autē legumē substācialiter grossum frigidū 7 siccum ad digerēdū durū 7 cōpactū. vnde p̄pter suaz cōpactōem difficiles sunt ad coquēdū nec etiā possunt bene decoqui in aqua puteali imo ad p̄

fectā decoctionē indigēt aqua fontana siue fluuiali. Libus itaq; rudis 7 grossus de leguminibus fit. est succus cōueniēs hominib⁹ fortioris nature 7 cōplexionis. nā leguminosa ex se ad digerēdū sunt dura. s. digesta multuz nutriunt 7 cōfortant s̄ naturaliter sunt inflatiua. 7 vētositatis generatiua s̄ eorū ventositas diminiuit p̄ corticis decoctōem 7 assatōem 7 per eoz que ventositatis sunt exterminatiua appositionē vlassationem vt ciminū anetum. et similia vt dicit dial.

De lente. Capitula. xcvj.

## Entis gen⁹ est

leguminis vt dicit si. li. xvij. sic dicta qz humida est 7 lenta. potissime qm̄ est in sua herba a qua diminutiue dicit lenticula 7 debet scribi. p̄ t ad differentiam vermis capitis qui dicitur lens. dis. 7 scribitur per d̄ vñ de dixit quidā. Lens lendis capiti. lens lētis cōuenit ori. Est itaq; lens vel lenticula sicut dicit ysa. frigida et sicca ex p̄trarijs naturis p̄posita. Nam vnā virtutē habet in cortice 7 aliā in medulla. nam in cortice habet quoddā acūmē rōe cuius mouet ventrē ad solutōem sed medulla stiptica est 7 stomachi cōfortatiua 7 operat⁹ ad cōstructōem. grossum 7 melancolicū gignit sanguinē 7 cerebrū replet grosso fumo vnde est cātimidorū 7 horribilū somniorū ventositate stomachū grauat 7 inflationē generat. oēs meat⁹ corporis 7 transitus opilat 7 nervoz ac pellicularū cerebri substātiā desiccāt 7 maxime nocet pelliculis oculorū qz eorū humiditatez distemperat ac desiccāt 7 vt dicit idē sanis nocet oculis quātomagis infirmis desiccātōis sue cā 7 ei⁹ frequēs vsus pessimas in corpore generat passionē potissime si cū cortice comedatur 7 corp⁹ sicce fuerit complexionis. humidis tñ 7 calidis qm̄q; p̄dest vnde valet ydropicis si sine cortice comedatur. sed cū cortice nocet quia multā generat inflationem 7 pellicularum extensionem. Lens autē est eligenda que est grossior 7 recensior. 7 ad coquēdū facilior 7 hoc tam ad escā q̄ ad medicinam. lentis malicia temperatur si deponatur cortex 7 eius medulla in dulci aqua decoquatur. 7 post abiecta cū oleo 7 pipere 7 ciminio 7 similib⁹ cōditur. Hucusq; ysaac in dietis dicit autē pli. li. xvij. ca. xij. lens amat terram tenuem 7 subtilem magis q̄ pingue. 7 celū. i. aerē magis siccuz. omnia enim legumina diligunt aquaz ante florem. sed postq; floruerint diligunt siccitatem zc.

De lino. Ca. xcvj.

**L**inus dicitur tā  
herba q̄ semen 7 est sic vocatur eo  
autem q̄ molle sit atq; leue 7 pluri-  
mum delicatum vt dicit *Isi. li. xix.* Linū autem  
fm pli. li. xij. ca. ij. seritur in locis planis 7 scrupu-  
losis 7 hoc in vere 7 colligitur in estate. Erūpit  
aut in stipitem siue culmen rectum pducens flo-  
res flauos quibus succedunt quedam capitella  
loco seminis ac fructus. 7 cum incipiunt capitel-  
la pallefcere culmi integri euellūt 7 euulsi a suis  
capitellis semen cōtinentibus carpinātur. dein-  
de partes lini in fasciculos colligant 7 longo tē-  
pore in aqua maturāt 7 extracti de aqua ad so-  
lem desiccant. 7 post multis tūtionib; 7 carpi-  
nationibus a suis superfluis expurgantur et sic  
ptes desecate in fila contorquent 7 p multipli-  
cem decoctōem ad albedine; deducunt. nō enī  
linum suo virore terrestri pōt spoliari 7 pfecto  
candore decorari nisi multotiens contundatur  
7 decoquatur 7 soli appositum aqua iterum et  
iterū aspergatur. 7 cum sint multa genera lini il-  
lud preualet in decore quod solet crescere i egypto.  
nam inde fit bissus nini cōpabilis i cādore  
vt dicit pli. li. xix. ca. ij. min<sup>9</sup> tñ habet firmitatis  
hoc genus lini 7 plus lucri. qz inde fiunt vestes  
gratissime sacerdotum. Est autem linū necessa-  
rium ad vsus multos. nam ex lino fiunt vestimē-  
ta ad induendum. vela ad nauigandū. retia ad  
venandū 7 piscandū. fila ad consuendum funes  
ad ligandū. cordule ad sagitandū. ligamina ad  
cōnectendū. linee ad mensurandum. lintbeamī  
na ad quiescendum. cortine ad ornandum. sac-  
culi 7 bursile ad quodlibet necessariū reponēdū  
vnde nulla herba tam diuersis vsibus hominū  
est ita necessaria sicut linū cuius semen calidum  
est 7 humidū. vel inter humidū 7 siccū tpatū et  
vinctuosum. vnde inde fit oleū quod alijs vsib;  
magis ē necessariū q̄ ad esum. nā vt dicit ysaac  
semen lini parū nutrit 7 durū est digerere noci-  
uum stomacho. 7 plurimū inflatiū diureticū  
tñ est. assuz tamen 7 cū melle acceptum melius  
est 7 valet cōtra tussim. cōestum etiā cū melle  
7 pipere venerem excitat 7 stimulat ad amores  
valet ad apostemata qz maturat ea. habet enī  
vim mitigatiuā. subtiliatiuā. rarificatiuā. siue  
maturatiuam. vnde soluit apostema matricis si  
patiens in eius decoctione sepi<sup>9</sup> foueat vt dicit  
ysaac i dietis.

**De malo. Ca. xcviij.**

**M**alus ē arbor po-  
mifera i se quidē magna. s respectu

lignorum quidem nemoris modica. 7 submissa  
ligno solida rugosa cortice 7 nodosa frondium  
densitate ymbrosa. florum varietate decora. fru-  
ctū suauitate iocunda. visui 7 gustui graciosa  
i diuersis medicinis efficax 7 virtuosa. Dicitur  
autem malum ipsuz pomū sine fructus sed hec  
malus dicitur arbor siue pomus 7 est sic dicta  
eo q̄ eius fructus sit rotundus. vnde 7 illa sunt  
vere mala q̄ maxime sunt rotunda vt dicit *Isi.*  
*li. xvij.* nam malon in greco rotundum in latino  
dicitur. differt autem malus ab alijs arboribus  
silue vl nemoris. quia malus 7 maxime domesti-  
ca duplicis est nature. nam truncuz habet a ter-  
ra productum. surculum autem aliunde venien-  
tem ipsi trunco insertum 7 vnitum. que duo q̄  
per insertionē pariter sunt vnita vnā arborē  
construunt. surculus autem insertus trunco to-  
tam virtutem trunci in suam transmutat quali-  
tatem sicut dicit alfredus super finem primi li-  
bri vegetabilium. quere supra eodem in tracta-  
tu de arborum insertionē circa principiū. **Ma-**  
**lus** autem nisi putetur 7 a superfluis ramis exo-  
neretur sterilefcit vt dicit idem. quia humor at-  
tractus a radice non sufficit ad productionem  
fructū qz trāsit in ramoz steriliz nutrimentū q̄  
re supra de causa fructificationis arboruz. **Ma-**  
**lorum** sunt diuersa genera. nam quedam ferūt  
ponticum atq; quedam acetosum fructuz. que-  
dam dulcem 7 iocundum. 7 horum fructuz di-  
uersitas ex diuersa qualitate humoris proce-  
dit 7 debiliori vel fortiori operatione caloris ex-  
istentis in radice sicut supra in principio tactuz  
est.

**De malogranata. Ca. xcix.**

**M**alus granata est  
arbor ferens malagranata. arbor si-  
quidem feminini generis. fruct<sup>9</sup> ho-  
neutri 7 dicitur malum granatur eo q̄ intra cor-  
ticem 7 rotunditatem contineat multitudinem  
granorum vt dicit *Isi. li. xvij.* cuius cortex dici-  
tur psidia flos vero balaustia nuncupatur. Flo-  
rum autem alij sunt albi. alij purpurei. alij rosei  
reperiuntur. hec poma malapunica sunt dicta.  
quia de regione punica primitus sunt delata vt  
dicit *Isi.* Est autem arbor multum dura 7 no-  
dosa 7 ramosa plus in latum q̄ altum se diffun-  
dens 7 ē frigoris impatiēs. vñ in pruina cito pe-  
reūt flores ei<sup>9</sup>. Dicit aut arif. q̄ malus granata  
mutat a malicia sua p culturā. qre s eodē de ar-  
boz cultura. *Isi<sup>9</sup>* autem arboris fm pli. multe  
sunt species sed de duabus iam loqui sufficient  
**R**am fm dias. 7 ysa. i dietis maloz granataz

duo sunt genera. alia enim ferunt poma dulcia calida et huída. alia acetosa que frigida sunt et sicca et diuina<sup>9</sup> possunt obseruari. dulcia magis conueniunt vsui et medicine. na tota arbor medicinalis est et parum conuenit cibarijs fructus eius. **An** dicit **Isid.** li. xvij. negat inquit medici corpora nostra mali panici cibo nutriri. sed putat quod plus congruant medicamento quam corporis alimeto. habet siquidem tota arbor sed potissime fructus eius virtutem constringendi et confortandi consolidandi et humores fluidos desiccandi. et fluxum sanguinis interceptiendi. et vomitum colericum copescendi ut expressit docet ysaac. diasco. et plinius. si tamen more congruo et ordie debito exhibeantur valet contra singulas intrinsecas vel extrinsecas corporis passiones. dulcia tamen magis sunt ventosa et inflatiua alijs et etiam sitis minus in febricitantibus sedatiua. et ideo minus conueniunt febricitantibus quam acetosa ex quorum succo fit potus qui dicitur exsacca. qui calorem febrilem mitigat materiam febrilem dirigit et alterat. appetitum puocat et namque ex calore deficientem replet mirabiliter et confortat. et valet contra epatis calefactionem et cordis defectum siue cardiacam passionem. flores eius et fructus ac cortices si pulueriscentur et in potu assumantur vermes veretres necant. gingiuas et dentes purgant optime et confortant contra multas alias subueniunt passiones ut dicit diasco. et ysaac. malapunica in omnibus predictis sunt efficacissima. quamuis enim sunt crocea exterius in cortice. et discolorata sriptica insipida et desiccata. interiorius tamen sunt rubea humida et mollia iocunda et sapida et miro ac incredibili nature artificio per granularum cellulas ordinata.

**De moro.** **Capitulū. c.**

**Morus est arbor** cuius fructus dicitur morus ut dicit plinius. li. xvij. morus a grecis est vocata. quam latini rubum vocant. eo quod fructus eius et virgula rubent. Est autem duplex morus domestica. scilicet siluestris. cuius fructus in deserto pastorum relictus fermenat. cuius folia superiecta serpentibus interimunt. Item dicit **Ambrosius.** super mathe. xvij. fructus mori in flore albet. deinde virescit rutilat siue rubet. ultimo nigrescit atque liuet. nam quanto est maturior tanto nigrior est. cuius fructus tingit manus et dentes comedentis sicut autem plinius et diasco. morus est arbor semine habens ventrisfluū. id est solutiū cuius succus expressus et ad ignem siue solem desiccatus fit sripticus et constrictius. vlcera oris et vulnera sanat. faucium tumorem reprimit atque sedat. corium radice co-

ctum et potatum ventrem laxat et lubricos lateros necat folia eius cocussa et imposita oleo combustiones sanant. decocta cum aqua pluuiali capillos denigrant. morisus palangionis et puncturas aranearum curant. dolores dentium placant. et putredinem mundificant gingiuarum. mora immatura frigida sunt et sriptica et confortatiua stomachi et constrictiua. sed quanto plus maturant tanto efficiuntur calidiora et etiam dulciora et humidiora. commesta multum post prandium in corruptionem conuertuntur et stomacho ac capiti multum nocent a ieiunis vero accepta bene digeruntur sed nutriunt valde parum. Folia mori celsi sunt magna et lata que erucis et brucis sunt obnoxia et a vermibus libentissime comeduntur. unde et vermes sericum egerentes mori sicut optime nutriuntur tota arbor medicinalis est precipue quo ad cortices fructus folia et radices. Nam si radix eius incisa fuerit gummum emanabit quod valet ad varias passiones nam ventrem emollit. dolores dentium tollit. Hucusque diasco. et plat. Ex moro fit potus optimus siue nobilis quem moretum vulgarter appellamus quem elephantes cum potant amiosiores efficiuntur ut dicit rabanus supra li. ij. mach. v. c. fit inde electuarium diamorion dictum quod valet contra squinanciam et gutturis ac faucium passiones ut dicit plat.

**De mirto.** **Ca. c.**

**Mirtus sicut isido.** est dicta eo quod in litoribus maris solet sepius oziri. unde virgilius. Litora mirtetis letissima. et alibi amantes litora mirti etc. hinc est quod a grecis mirtecie dicitur. medicorum autem libri hanc arborē aptam scribunt multarum necessitatibus mulierum deputatas. hucusque **Isid.** sicut plinius autem vel diasco. mirtus est arbutum ad modum fruticis crescens potissime iuxta mare. cuius fructus flores et frondes conueniunt medicine. meliores autem sunt fructus quam flores et habent diutius conservari. sed melius in solis calore quam in aura ymbrosa habent talia conservari. et quanto sunt simpliciter fructus recetiores tanto sunt meliores. et habent omnia illius fructus substantialia virtutem potentiam et constrictiuam et ex aromaticitate confortatiuam etiam ex natura propria fluxum superflui restrictiuam et virtutem retentiuam in corpore cooperatiuam. sicut valet contra fluxum reumatiz ad spiritalia membra defluetis si decoquat in aqua pluuiali et inde pectus fermentet. vomitum etiam restringit si decocti ramus culieus cum aceto super stomachum apponantur. de ea pulvis factus vlcera et vulnera suauiter consolidat. Item dicit plinius. quod mirtus alia est alba.

alia nigra 7 vtraq; sriptica. s̄ nigra magis. vñ  
contra fluxū sanguinis vtiliter exhibet. vñā  
cōmouet 7 p̄dest contra venenū 7 puncturaz  
scorpionis si potest. eius decoctio valet p̄tra al  
lopiciam 7 fluxum similiter capillorum cum fa  
rina tritici mixta valet contra tumores oculo  
rum. Fit autē oleum mirtinū de folijs 7 baccis  
eius quod est lenitiuū. consolidatiuū 7 mundifi  
catiū. 7 valet ad omia sup̄radicta. aures autē  
mundificat saniosas si tepēfactū instillat. huc  
usq; pli. sup̄ ysa. aut ca. xli. dicit hiero. Virtus  
est aromatica 7 imputribilis fissa membra con  
solidat 7 reparat. 7 ideo consolatores sancte ec  
clesie signat. est etiam tempatiue 7 mitigatiue  
virtutis ac refrigeratiue vt dicit sup̄ ysa. lx. ca.

De mirra.

Cap. cij.

**M**irra est arbor in  
arabia altitudinis quinq; cubitorū  
similis spine. quam achantū dicūt.  
cui<sup>9</sup> gutta viridis ē 7 multū aromatica 7 ama  
ra vnde 7 nomen accepit mirra vt dicit Ii. li.  
xvi. cuius gutta p̄ se manans p̄ciosior ē. q̄ p̄o  
facto vulnere inciso cortice elicet vilior iudica  
tur. cuius sarmenta arabes igne fouent. quorū  
fumas est valde noxius nisi odore storacis oc  
curratur. aliter contrahunt hoīes morbos in  
sanabiles tali fumo. P̄rior aut mirra 7 meli  
or colligitur apud trogoditas in arabia vt dic  
Ii. 7 pli. li. xii. ca. xvij. vbi dicit q̄ mirra est ar  
bor quinq; cubitorū in silais quidē arabie cre  
scens. cuius folia sunt similia folijs oliue. s̄ ma  
gis crispa ac aculeata. ramos hñs siles iunipe  
ro. Incidunt autem binis tempib; rami ei<sup>9</sup>: s̄  
prius sponte sudant anteq; incidat. 7 gutta q̄  
siccando effluit s̄actē dicit. 7 hoc generib; om  
nibus mirre p̄feratur. 7 mirra electa a plurib;  
appellatur. Sūt aut septē genera vt dic̄ ibidē  
idem ca. xvij. scilz trogoditica 7 illa est magis  
electa. secunda gelbanitica. tertia diantrides.  
quarta collaticia. quinta est pracena. i. salbana  
7 illa alijs mirtibus magis tenuis est. sexta quā  
duratim 7 odoriferam vocant: 7 hec ceteri ma  
gis candida. 7 hec adulterat gūmi 7 glebis lē  
tisci. septima est indica: 7 illa ceteris peior est. 7  
cum illa alie species mirre adulterant. huc usq;  
pli. Mirra vt dicit diasco. ē gutta arboris cir  
ca ramos calore solis indurata. 7 est eligēda ci  
trina 7 rufa interius aliquantulū lucida. 7 hui<sup>9</sup>  
alia est minuta. alia est grossa que trogoditica  
appellatur ab insula vbi crescit. calida est 7 sic  
ca 7 habet virtutem confortandi 7 ex aroma  
ticitate suā conducēdo p̄tes in vñū habet vim

dissoluendi 7 consumendi mediocriter 7 equa  
liter ex qualitatibus suis. vnde conseruat cor  
pora mortuorū quando ex mirte infectionibus  
condiunt. reseruatur autē in optima efficacia  
mirra fere centum annis. valet contra oēs cau  
sas reumaticas 7 fluxus inordinatos. digestio  
nem etiam confortat. 7 viscosos humores ma  
xime in sp̄itualibus membris purgat. ois fe  
tozem emundat. 7 omia gingiuaz vicia sanat 7  
desiccāt. vlcera labiorum putrida cōsolidat cō  
sumit 7 conglutināt. cerebrum confortat 7 etiā  
matricem multū corroboret 7 confortat 7 oēs  
eius sup̄fluitatem consumit 7 desiccāt. 7 conce  
ptum iuuat. vermes aurium necat. carnem su  
perfluam corrodit. 7 bonam ac viuam generat  
7 conseruat.

De mirro.

Cap. ciij.

**M**irru est unguē  
tum de mirra 7 alijs speciebus aro  
maticis compositū 7 confectū. cui<sup>9</sup>  
virtute nerui 7 alia sensibilia membra cōfortā  
tur. 7 humores in iuncturis ac articulis existen  
tes consumūt. eius aromaticitate sp̄s anima  
les repantur. Interficiunt vermes ac pediculi  
eius amaritudine. 7 prohibet ne nascant sudo  
res fetidi mirro compescunt. conseruant cor  
pora in tumulis ne putredine dissoluant.

De mādragora.

Cap. ciij.

**M**andragora ē di  
cta eo q̄ habeat mala sua vñ olētia  
in magnitudine mali maciani. vnde  
7 latini malum vocant terre. Hanc poete vo  
cant antropomoros. eo q̄ habeat radicem for  
me hominis quodāmodo similez. cuius cortex  
vino mixtus porrigit ad bibendam his quorū  
corpus est secundum vt dolorem non sentiant  
soporati. hui<sup>9</sup> species sunt due. vna est femina  
in folijs similibus lactuce mala generās. alia ē  
masculus cuius folia sunt similia folijs bete:  
vt dicit Isidorus li. xvij. Diascoz. autem dicit  
mandragoram esse herbam somniferam cuius  
folia sunt super terram aspera. radices hz du  
as aut tres libinucem coherentes deforis ni  
gras intus hō albas cum corio grosso. mascu  
lus habet folia alba 7 tenuia 7 radicez similem  
alteri. poma nascuntur super folia sicut galla su  
per folia quercus. 7 sunt colore crocea. odore  
suauia tamen cum quadam granitate. in sapo  
re autem sunt insipida. 7 ideo non conueniunt  
esui sed tm̄ medicine. Nam cortices eius deco  
cti in vino dormire faciunt 7 omēs dolores cō

13

pascunt. unde et vit tunc temporis ferri sentiantur  
 passionibus. **C**ante tamen mandragora est vte-  
 dum. quia si in nimia quantitate accipitur in-  
 fert mortem ut dicit idem. nam ut dicitur in plac.  
 virtutem habet in frigidandi et aliquantulum  
 mortificandi et somnum prouocandi. et ideo suc-  
 cus eius cum lacte mulieris tymporibus appo-  
 situs somnum prouocat etiam in peracutis. et  
 quia est herba substantialiter frigida: dicitur quod  
 fructus eius extinguit ignem sacrum. compescit  
 etiam colere impetum et ventris fluxum. huc  
 usque plac. ibi tamen ponitur quod secundum naturam si-  
 mulatudo hominis vel mulieris in radice eius nul-  
 laterius inuenitur: sed potius a rusticis vel ma-  
 leficis sophisticis sic formatur. Dicitur autem  
 habere virtutem prebitiuam mulieribus con-  
 cipiendi. quod similiter abnuere videtur. **A**u-  
 gustinus super Gen. ij. cap. xix. dicit augusti-  
 nus quod occasione rachelis que mandragoras desi-  
 terauerat: vidit philosophorum libros qui de  
 virtutibus herbarum tractant. et de eis dicit se  
 nihil talium in eorum scriptis tunc temporis re-  
 perisse. salua tamen auctoritate beati augustini  
**M**ulti auctores dicunt mandragoram multo  
 tiens hanc habere virtutem. unde dicitur psal-  
 dia. et pli. et plac. quod mandragora supra mo-  
 do debito matrices disponit ad conceptiones  
 quando primitus calor nimius et siccus conce-  
 ptionis materiam impediunt. mulieres itaque ca-  
 lidas et humiditas disponit ad conceptionem: cum  
 sit frigida et sicca ut dicitur in plac. et hoc dispo-  
 sitione. sed mulieres frigidas et naturaliter siccas  
 impedit potius ab huiusmodi dispositione. **M**al-  
 tas alias habet mandragora virtutes: que ut  
 dicitur dia. tumores corporis reputat atque tol-  
 lit. moribus venenosis occurrit. omnemque fluxum  
 corporis inferius et superius restringit. **O**mnia  
 superius posita dicuntur in lib. pli. xxxv. c. xvj.  
 ubi dicitur quod mandragore duo sunt genera. et  
 sequitur. post multa cauent fossores mandra-  
 gore in eius fossura contrariis ventum. et tres  
 circulos gladio circumscribunt: et post expectant  
 effodere ad occasum. et ita credunt eius preci-  
 puas esse vires. succus eius colligitur: et in sole  
 desiccatur. mala eius matura in umbra desicca-  
 tur. odor malorum est grauis et infert somnum.  
 et ex odore solo vis ei somnifica est ut dicit idem.

De milio.

Cap. cv.

## **M**ilium est herba

**M**ilium habens bastam longam et nodosam  
 ad modum canne. cuius semine valde  
 est minutum: frigidum et siccum ut dicitur in dietis.  
**E**t hoc attestat eius leuitas et precauitas absen-  
 tia viscositatis et vinctuositatis. et modici nutri-  
 menti. confortat tamen stomachum gratia sue sic-  
 citatis et constipat ventrem. Est autem secundum Dioscoridum. diu-  
 reticum et assatum. sedat ventris torsionem. sanguinem  
 laudabile non generat. infrigidat stomachum et  
 desiccatur ut dicitur in dietis. **De meta. Ca. cvj.**

## **M**enta est herba

**M**entha odifera calida et sicca stomachi con-  
 fortatiua. et duplex eius species. scilicet or-  
 tensis et domestica: et siluestris seu montana. et  
 ista habet maiorem vim calefaciendi quam prima. et dicitur  
 grece collocasia: quam latini neptam sive calamen-  
 tum vocant ut dicitur in li. xvij. ca. penult. et herba est  
 multum medicinalis. **A**lie sunt species mente que cre-  
 scunt in palustribus et in pratis sed non sunt tante ef-  
 ficacie in virtute vel calore. sunt etiam grauioris  
 odoris pariter et saporis quam meta domestica vel  
 ortensis: que est herba se multiplicans et cito de terra  
 pallulas et ascendens. cuius baltula in terra reflexa  
 et ab humo tecta conuertitur in radicem et cito ex se  
 noua putrit. plene. Est autem menta ortensis magne  
 efficacie siue sit sicca siue viridis. habet enim virtutem  
 dissoluedi et presumendi ex qualitatibus suis. ex aroma-  
 ticitate confortandi et prouocandi appetitum. ex suo ac-  
 cumie decocta in aceto fetore oris apudat. et gin-  
 guas putridas et corruptas purgat. vomitus  
 ex debilitate putrit retentive cum aceto sedat. odo-  
 re suo et sapore syncopiam et debilitatem spirituum  
 iuuat. matricem mudificat a superfluis et confortat.  
 decocta in vino dolore viscerum et renium placat. cum  
 vino et oleo decocta mamillas ex coagulatione la-  
 ctis induratas supposita sanat. succus eius venis  
 obuiat et potatos lubricos necat et hemes aurum. in  
 vino et oleo decocta frigida apostemata dissol-  
 uit et curat. tussim mitigat. hucusque Dioscoridum. et pla-  
 c. si. li. xvij. sic dicit idem. addens quod ab omniatibus  
 amputat et singultum sedat. lingua lenit asperam  
 si ex ea frices alluefacta in cibo venerit excitat.

De malua.

Cap. cvij.

## **M**alua est mollis

**M**alua herba a molliendo alium dicta ut dicitur  
 in li. xvij. sic dicit idem vna cum pli. si suc-  
 co eius admixto oleo aliis se inuenit: a punctura  
 apud ledi non potent. membra est linita succo mal-  
 ue non patitur puncturam neque morbum ab aranea vel

a scorpione vt dicit pli. Est aut eius spes duplex. minor. s. 7 maior que altea dicit. 7 e vtraqz herba humida inter frigidū 7 calidū tempata: vt dicitur in dief. 7 hoc patet per eius virtutē 7 actionem: quia digerit apostema 7 maturat. maxime radix eius 7 semen. cuius decoctio valet contra fluxū sanguis. quiddā. n. habz viscositatis. qz si cuz vino potui detur dissolut grossos humores renū 7 lapidē frāgit. duriciē iplenis mollificat atqz laxat. decoctio eius puocat somnū. si facies 7 extrema corpis inde abluant semis sui decoctio valet ptificis 7 cōtra tussim semen eius in oleo decoctū duriciē soluit. mollificat. mundificat 7 maturat. vt dī i plateario.

**De nuce.**

**Cap. cvij.**

## **N**ux ē arbor cui?

fructus sili noie nuncupat. 7 est sic vocata eo qz vmbra eius vel stillicidia folioz arboribz vicinis noceant. quaz mlti latini alio noie iouilantē vocant: q̄i iouis laudē fuit. n. hec arbor quondā ioui p̄secrata. cuius fructus habz tantā vim: vt missus inē fungos 7 cibos venenosos quicqd in eis virulentuz est extrahat. rapiat 7 extinguat vt dicit **Pli.** libro xvij. Cuius fructus hz durum 7 amarū corticē sed nucleū valde dulcē. vnde pomū omne corio vel cortice duro tectū dī nux vt dicit idē. vt pinee castance auellane 7 hmōi. Est itaqz nux arbor alta 7 p̄cra habens ramos 7 nodos diffusos. 7 folia lata 7 nervosa piramidalia 7 acuta granis odoris 7 saporis. quaz vmbra dormiētī sub ea est nocina 7 diuersaz infirmitatuz generatiua. Cuius tñ radix cortex fructus 7 folia cōueniūt medicine. naz vt dicit diasco. succus radicis 7 corticis nūcis maioris extract⁹ 7 potui datus ad quantitātē vnius oragij subueit difficultati vianandi. potatus etiā cum aceto repugnat febribus veniētibz cum frigore 7 rigore. crines tingit 7 mundat 7 p̄hibz casus capilloz. Est aut multiplicis virtutis 7 efficacie. fructus eius cōuenit etiā esui 7 medicine. 7 cuz multiplex nux inueiat: tñ de maioribz siue gallicanis 7 minoribz siue auellanis plus loqmur quo ad cibū 7 medicinā. Nux aut vsualis 7 domesticā que a multis dī gallica variat in s̄b̄stātia in virtute 7 etiā figura. naz in suba vt dicit ysa. in dief. aut. cōsiderat vt viridis aut recēs aut vt matura. In prima dispositōne. s. viridibz exterius coriū siue corticē colorē q̄dez viridēz s̄ in sapore ponticū 7 amaz. 7 man⁹ p̄stringentis inficiētē. interius aut testā paulatim obtinet corio extrinseco duriorē. infra ei⁹ ambitū

nucleū continet vinctuosum saporosus 7 mltuz dulcē. nucleū tñ medulla que infra testā est contenta: quadā pellicula velut quadaz tunicula ē vndiqz circūtectā: ne tenera nucleū substantia a teste frigiditate seu duricia lederef. 7 illa q̄dē pellicula testa mollior est 7 medulla nucleū durior 7 amarior: ab experientibz inuenit. 7 quāto nux plus ad maturitātē p̄ducit: plus sepat illa pellicula a substantia teste 7 medulle nucleū in corpatur fortius 7 vnitur. ita qz nux ab ea vltimas non diuidit nisi qñ p̄ aque calide vel alterius h̄umidi infusionez casu aliquo artificialit̄ emollit. nux itaqz viridis est min⁹ calida 7 etiā sicca naturalr qz antiq̄ 7 minus stomacho nocua. **Q**uod si cū rata comesta fuerit ieiuno stomacho erit penitus cuilibz veneno inimica. nuxes h̄o mat̄are vt dicit ysaac. quedā sunt recētes. quedā antique. quedā inē has mediocres. recētes sunt magis humorose. mediocres h̄o sunt magis sicce. sed antique cōsumpta humiditate p̄ caloris intensiōne humorositatez digerentē magis sunt generalit̄ vinctuose. 7 ideo in altū comeste i humores colericos defacili cōuertunt. 7 maxime quando a calidis complexionibus in vsum se pius assumūtur: quia in talibus generant adustionē 7 capiti vertiginē inferunt 7 dolorem. qui h̄o eas tempate comedūt 7 tempate sunt complexionis bene eas digerit 7 eis congrue nutriunt. virtus aut eaz attēditur penes effectum medicine. nam generaliter contra rem venenosam corpa conseruat. quia sua ventositate meatus corpis opilat 7 vim veneni ad vitalia penetrare non p̄mittūt. Itē nuxes cum sale 7 ruta 7 allijs mixte equaliter ad doto melle: morsui rabidi canis subueniūt si interius sumant: 7 exterius super locum vulneris a p̄ponantur. venenum enī ad exteriora trahunt potentialiter 7 consumūt. Itē contrite cum melle melancholica apostemata 7 fleumatica mire dissoluūt. Cōtrite insuper 7 cathaplasmate super vmbilicum interiora apostemata interius in corpore nascentia destrūit vt dicit ysa. in diet. Figura aut nucē est varia. qz alia ē rotanda. alia piramidalia 7 oblonga. alia interiorius plana 7 concava vt p̄z in auellanis 7 muscatis. alia lateraliter diuisa: sed in summitatibus ad modum crucis tecta gnomaliter. id est p̄ formam trianguli distincta. vt patet in nucibus maioribus gallicanis: in quibus generalit̄ forma crucis interiorius est impressa. vt patet sensib̄ iliter intuenti zc.

**De nuce auellana. Cap. cix.**

## **N**ardus auellanare

pectu nucis gallicane agrestis et siluatica est. naz sine cultura crescit in coryllis que sunt arbores crescentes in nemore sine silua vt dicit **Isi.** et id quod in loco publico crescens a transeuntibus auellit et colligitur: merito auellana nuncupatur. Auellane autem vt dicit **ysaac** alijs nucibus sunt minus calide et in substantia magis pontice atque grosse. minus rare in substantia et vinctuose. et ideo ad digerendum sunt dure et ad exeuendum de corpore magis tarde. tamen quando digerunt multum sunt corporis nutritiue. si sumantur cum interiora pellicula multum sunt generatiue inflationis. et ideo vt eorum nocumentum auferatur: est vtile vt aqua calida perfundantur et exteriores pellicule auferantur. et licet erunt contra multas passiones vtiliter iuuatine. quarum succus melli admixtus valet contra alopiam et fluxum capillorum. et facit pilos in corpore germinare vt dicit **ysaac** et **psitan.** Sunt et alie nardus diuersitates que congruunt medicine. sicut nux muscata et nux indica et nux vomica et huiusmodi. Et est muscata fructus arboris in india nascentis: crescentis infra testam duram quodam corio sine folliculo tecta ad modum auellane. cuius cortex macis vocatur et est multum medicinalis. maxime enim confortat cor et depurgat in cerebro spiritum aialem. stomachum infrigidatum calefacit et confortat appetitum. et est cortex ille subrufus habens saporem acutum et aliquantulum subamarum. qui autem niger est vel terreus non habet acumen in sapore abijciendus est. Nux autem muscata a cortice et tecca extracta circumdatur quadam pellicula tenuissima et plana. que quanto est poderosior et in odore suauior et sapore acutior: tanto melior. unde eligenda est que grauis et solida est interius. que cum frangitur non pulverizatur: et sub rubicundum colorem preterdit cum odore forti et suauis. virtute huius confortandi et stomachum calefaciendi. et extenuandi ventositatem et auferendi dolorem capitis ex frigida causa. applicata enim naribus confortat cerebrum et membra spiritualia vt dicit **plinius.** **diasco.** et **plinius.**

**De nardo.** **Capitulum.**

## **N**ardus est herba

modica et spinosa calida et odorifera. unde et a grecis nardi spica nardo stantes appellatur vt dicit **Isid.** li. xvij. Est et eius species triplex. scilicet indica. syriaca. et celtica. non tamen crescit in syria: sed in quadam terra motuosa que in vno latere tangit syriam et in alio india. melior

autem est illa que est leuis et fusca comosa et sperica parua odoratissima ciprii similis: que maxime ficata linguarum delicat. **Nardus** autem celtica a regione gallie vbi crescit est dicta. et etiam est silis nardo siue spice nardi. sed est magis alba. Habet autem vt dicit **diasco.** et **plinius.** virtutem confortandi ex aromaticitate sua. valde et syncopim et defectum cordis et stomachi debilitatem. namque applicata cerebri confortat. frigidum reuma compescit. contra surditatem valet et aurium apostemata. malum odorem oris amputat. et gingiuas putidas mandat. opilaciones splenis et epatis soluit. prouocat menstrua. et matricem mundificat et adiuuat conceptum. lapidem frangit in renibus et in vesica. Est. n. herba diuretica vt dicit **plinius.** scilicet in ciuium sua et diuisiua et versus ad intima penetratiua. Itaque valet contra lingue paralysim et confortat nervos et consumit humorum lingue organa occupantem. valere etiam dicitur contra morbum epilepticum si debito modo patientibus mistretur. Ad multa alia multum valet. ex qua fit oleum nardinum quod ad omnia prius dicta et ad alia maxime est necessarium.

**De oleo.**

**Capitulum.**

## **O**lea est arbor sim

**Isid.** cuius fructus dicitur oliua. succus vero oleum nuncupatur vt dicit **Isid.** lib. xvij. sepe tamen arbor oliua appellatur. Est autem arbor oliua pacis et insignis vt dicit idem. Naz vt dicit romanorum historia. sine oliuarum ramis non mittebantur legati pro pace aliqua obtinenda siue alijs offerenda. Unde sim remigium patet huius arboris excellentia. quia in signum reconciliationis et federis dei cum noe columba non cum alterius arboris ramusculo: sed solum cum oliue inter signo ad arche fenestram est reuersa. immo sim plinius lib. xv. victores apud athenas quondam olea coronabant. greci vero tandem oleastro suos coronari iudicabant vt dicit idem. Est itaque olea arbor comosa et virose et ramorum multitudine speciosa. frondes habens subalbos et molles. virosius pulcritudinem in estate et in hyeme retinentes. flores est huiusmodi minutos et multos suauiter redolentes. durum corticem et radicem amaram. fructum pingue sapidum atque dulce. Nam vt dicit **Isid.** ex amaritudine radice surgit oliua in pabulum luminis et medelam vulneris ac in refectum esurientis. In lucernis enim ponitur ad ignem nutriendum. membris languidis ponitur ad medendum. in cibo apponitur ad reficiendum et ad condiendum vt dicit idem. Est. n. oleum ignium et luminarium nutritiuum morborum remedium et cibarium suauissimum condi



mentū vt dicit **¶** Si. Est g oliua siue olea arbor fructifera 7 medicinalis. cuius cortices folia et fructus pueniūt medicine. cuius lignū maxime est soliditatis 7 compactōnis 7 q̄i imputribilis puritatis q̄nis sit multe duricie i exteriori s̄stantia: multū tñ habet humorositatē 7 vinctuositatis interius in medulla. De oleis autem 7 de oliuis dicit pli. li. xv. arboris oleaz fructiferarum multa sunt genera n̄ in regionibz multū calidis: sicut nec in regionibz nimis frigidis. s̄ potius in t̄patis: magis tñ se hñtibz ad calorem q̄ ad frigiditatē. 7 ideo iubet catho vt dicit idē pli. oliuas feri in solo calido nō nimis p̄gūi nec nimis macro radijs solis opposito. nam celum eis maxime confert 7 multū diligūt rore celi et aeris serenitatē. vñd si sūt copiosi ymbres q̄n oliue maturescūt viciat oleum 7 consumit nisi sequat serenitas que extenuet liquorē. dicit pli. ca. iij. nec indiget olea falce vel rastro vt putet sicut putant vites: s̄ soli 7 rozi celesti cōmittit verno gaudet tpe 7 incipit tunc florere. cuius fructus primo circa hyemē colligunt. collectis fructibus solent oliuantes terrā apire circa radicē. 7 quasdā tuberositates 7 adulterinos ramusculos circa veras radices crescentes cante p̄scindere. 7 h̄mōi supfluitates circa radices solēt aliqui ytalici podagraz oleo appellare. vñ de p̄scisis illis radicibz falsis melius fructificat olea 7 mirabiliter emendat. nec vult olea p̄cuti grauitur cū pticis p̄ suo fructu colligēdo: sicut faciūt aliqui minus cauti. quia talis p̄cussio cedit ad iniuriā ipsi arboris 7 damnu anni subsequētis. minas enim fructificat sic percussa vt dicit pli. Multe aut sunt huius arboris species: que p̄ diuersitatē fructuū discernunt. Oliua itaqz h̄m **¶** Si. arboris oleo designat fructū. cuius multiplex differentia inuenit vt dicit ysa. oliue aut alie sunt domestice 7 alie sunt siluestres domestice fructus faciūt q̄nqz maturos q̄nqz imaturos. q̄nqz int̄ hos mediocres. Int̄ istos aut fructus oliuares p̄mi sunt terrestres pontici 7 virides. secundi sunt subrubei vl̄ h̄m dial. iacinctini. vltimi h̄o vident̄ eē nigri. 7 q̄n̄to sunt nigriores exterius: tanto sunt maturiores 7 interius vinctuosiores 7 ad exprimendū oleum aptiores. 7 sicut dicit arif. nūqz perfecte maturescūt in arboze etiā si p̄ multos ānos ibi essent. s̄ vt veram 7 completā consequat̄ maturitatē: oportet vt bacce collecte de arboze per plures dies in vna cōgerie coaceruent. 7 sic p̄ p̄ssionē mutuā ac nimia p̄fortato calore et reuocato ad interiora ad plenā maturitatē pducent. h̄m h̄o ysa. in diet. oliue cū fuerint rubeę

nondū bene mature nec dū plurimū vinctuose stomachi sunt valde confortatiue 7 p̄strictiue. 7 appetitus excitatiue maxime si cum aceto vel aqua salsa fuerint p̄parate. tñ dure 7 difficiles sunt ad digerendū 7 minus alijs nutritiue. **¶** Si gre h̄o que iam sunt quasi maturate calide s̄ 7 inter siccū 7 humidū t̄pate. multū quidē nutritiue: s̄ stomachi mollificatiue. 7 ad digerendū magis dure. q̄ vinctuositate sua i stomacho supenatāt 7 ad decoctōis locū inferius nō descēdunt. 7 ideo i humorz corruptōz citius trāsdunt 7 minus laudabiles sunt alijs ad edendū. vtilis tñ sunt in medicina. quia 7 trite 7 posite supra loca que igne vl̄ aqua calida sunt exusta vesicā repumūt ibi nasciturā. poros. n. aperiūt 7 exalare faciūt fumositates que incluse s̄ cute sunt causa vesice 7 tumoris. bucusqz ysa. in diet. **¶** Dicit aut pli. li. xv. c. iij. q̄ bacce siue granoline q̄diu sunt in arboze nō pereūt. 7 quāto diutius in arboze p̄mittūt: tanto meliores fiunt. semp enī nouas vires resumūt 7 difficili cadunt. **¶** Constant aut oliue vt dicit idē. ex nucleo carne oleo 7 amurca que sanies siue fer oliue dicit. 7 est amara vtilis tñ in medicinis. sed nuclei cū folliculis oleo eliquato vtilis sunt ad ignē nutriendū. porci etiam dicit̄ inde impinguari.

**¶** De oleo.

**¶** Capi. cxij.

**O**leum succus est oliue vt dicit **¶** Si. 7 tanto ē nobiliss quanto recētius 7 facilius a suis folliculis eliq̄t vt dicit pli. li. xvij. ca. ij. vbi dicit q̄ oleū p̄ vetustate viciat. 7 d̄ ibidē q̄ oleū i torcularibz extorquendū melius eliq̄t si oliue siue oleo bacce p̄us cū molarī lapide vehemēt̄ cōstricte feruentissima aq̄ p̄fusa fuerint 7 resp̄se. nam p̄ talez aquā calidā vinctuositas ab amurca 7 nucleis sepat̄: q̄ supenatās tādē ab ipsa aqua artificialit̄ sepat̄. **¶** Et vt dicit idē. quāto oleū citius de torculari exit tanto oleū laudabilius indicat. nam pinguius est 7 suauis quod minus cum terrestri substātia admiscet. **¶** Propter s̄ dicit pap̄. q̄ si q̄s int̄ aq̄s mersus oleus in ore prius inclusum in aquā emerferit clariora facit omia que in fundo aque cōtinent. 7 patent oculis ipsius facilius omia que in aq̄ inferioribus abscondūt. cuius natura est vt cibos condiat 7 fomentum luminū admiscet. 7 corpora fessa recreat 7 p̄fortat. nervos p̄tractos 7 iduratos ac spasmatos remollit 7 relaxat. apostemata dura mollificat 7 maturat. et maxime oleum lini. **¶** Multiplex enim est oleum 7 ex ml̄

tis rerum generibus est expressum. aliud autem  
 est simplex. ut oleum oliuaz oleū nucū oleū pa-  
 panez. oleū amigdalīnū oleū raphani oleū lini  
 oleum canopi et hmoi. aliud est compositum. et  
 ex hoc genere aliud est frigidū aliud calidū ali-  
 ud est stipticū et constrictiū aliud laxatiuum.  
**N**am ex appositōe calidoꝝ efficitur calidus et ex  
 frigidis frigidū et ex stipticis stipticū et ex laxa-  
 tiuis laxatiuum. et ideo sunt diuersas causas mor-  
 boꝝ sunt adhibenda diuersa genera oleoꝝ. ut  
 oleum laurīnū nardinū puleginū in causis fri-  
 gidis. oleū ro faceū sine violaceis in calidis  
 causis apponatur. **P**ōt autem oleū ita fieri calidū  
 ut febre inducat si inde vene pulsatiles et nares  
 et vole manū ac plante pedū inungat. ut oleū  
 in quo decoquitur caro leonina. ut dicitur in compē-  
 dio salernitani. pōt etiam fieri ita frigidū quod in-  
 ducat mēbro inde pūcto stupore et insensibilita-  
 tē. ut patet in oleo mandragorino quod fit ex  
 oleo in quo poma mādragore sunt decocta vel  
 diutius reseruata. sed inter olea sic composita  
 magis laudabilia et magis in medicina vtilia sūt  
 temperata. simplr autem oleum quo ad medicinam  
 etiam quo ad cibum primū locū obtinet oleum  
 oliuarum. deinde nucum et amigdalārū. tertio  
 oleum papaueris: quod cum alijs oleis predi-  
 ctis est magis frigidum atq; siccū. maxie quod  
 fit de semine eius nigro. et habet virtutē indu-  
 cendi somnū. valet cōtra calida apostemata in  
 principio. et contra epatis calefactōes ut dicit  
 platearius. alia autem olea minus conueniunt  
 cibo. ppter odoris grauitatem et saporis horri-  
 bilitatem. congruūt tamen vtiliter medicine si-  
 cut dicit ysa. in dietis. habet autem omne oleū ge-  
 neraliter multū aeritatis et aeree leuitatē. et ideo  
 omni liquori supfert et alijs liquorib; subesse dedi-  
 gnatur. penetratiue est virtutis et sui diffusue  
 et ideo in vasis vitreis vel vitreatis vasculis me-  
 lius quā in ligneis vel porosis vasculis alijs cu-  
 stodit. vestes quas tēgit inficit et in eis odoris  
 sui vestigiū quasi inseparabiliter derelinquit. diffu-  
 sum in aqua supficie in guttulas ouigulares se-  
 recolligit et ut totaliter quod ad pinguedines et sa-  
 porem sepetur ab eius supficie vix permittit.  
**O**leū autem sapore asper et odore horridus cum  
 amurca sine fece mixtū: ad cibū nō ē aptū. nau-  
 seam et vomitū puocat et stomachi officinū cor-  
 rumpit et imutat. oleū etiā apes et aialia anulo-  
 si corpis interficit et extinguit si inde pfundat  
 ut dicit aristot. si aceto post infusa reuiscunt.  
**I**te oleū purū ferrū politū a rubigine hnat quā  
 ferrū inde inungit. si si fuerit corruptū vel aq-  
 sum et cū fece mixtū destruit ferrū et corrumpit

ut dicit pli. li. xv. **De oleastro. Cap. cxiiij.**

**O**leaster ē silue-  
 stris olea. sic dicta eo quod in folijs si-  
 milis sit oliue: sed eius folia sunt lati-  
 ora. et e arbor inculta sterilis et amara. cui inser-  
 tus oliue ramus vim mutat radicis et conuertit  
 in propriā qualitatē ut dicit **Pli. li. xvij.** Cuius la-  
 crima est duplex. alia est silis gummi sine villo quā-  
 tatis morsu. alia est mordax seu silis gutte am-  
 moniaci ut dicit **Pli.** Et quis oleaster arbor  
 sit siluestris: tñ eius cortices gummi et frondes  
 conueniunt medicine. nam eius folia cū sint sti-  
 ptica et amara: melle addito sanant vlcera capi-  
 tis atq; oris ut dicit **Diad.** succus corticis et frō-  
 dium stipticus est et cōstrictiuis. vnde valet ad  
 intercipiendū humorū omniū fluxum ut dicit  
 idem. Gummi eius valet ad multa: et illud quod  
 est mordax maxime. naq; vulnera mundificat et  
 sanat. gingiuas corrosas et corruptas adiunat.  
 et dentes motos roborat et confortat. **E**risipilā  
 id est sacrum ignē ex colera furiosa carnē et ossa  
 corrodentē reprimit atq; sanat. valet ptra al-  
 lopiciam et fluxum capilloꝝ. et tingit crines et ca-  
 nicem vel palliat vel retardat ut dicit **idez.**

**De olere.**

**Cap. cxiiij.**

**O**lus ab olendo  
 est dictum. eo quod sunt homines  
 primo oleribus alerentur anteq; fru-  
 ges et carnes ad esum hominib; preberent. po-  
 mis. n. et oleribus nutriebant homines ante dilu-  
 niū: sicut aialia gramini et atq; herbis ut dicit  
**Pli. li. xiiij.** et quis omnia gramina in terra na-  
 scētia que sunt coquibilia et esui hominū apta  
 generaliter olera dicantur: tamen vulgari ca-  
 ules olera dicuntur quoniam frutices et turfi ampli-  
 crescere ceteris oleribus arbitrantur ut dicit **idez.**  
 quorum summitates dicuntur time quasi come  
 in quibus maxime est vigena virtus naturalis.  
 et ideo in timis tam herbarum quā oleoꝝ maxime  
 consistit efficacia medicine ut dicit **idez.** **E**st au-  
 tem herba frigida et sicca turbidum quidem et  
 melancolicū generans sanguinem. horribilem  
 etiā odore facientē ut dicit **ysa. in diet.** et sunt  
 etiam quidā caules estiuales. et quidā hyema-  
 les quorum herbe sunt compositae ex cōtrarijs  
 nam substantia est grossa et silr est dura ad di-  
 gerendum. **J**us hō sine succo est colatiuis et  
 inde desiccatiuis et v̄tris humectatiuis et etiaz  
 laxatiuis. si substantia sine iure est p̄stipatiua.  
**T**ollitur autem eoz nocumentū si in aqua elixet.  
 et aqua quidem p̄iecta in alia decoquat et cum

pinguedine optime condiant vt dicit in diet. Est aut herba que proficit p transplantatōz. nam qñ in vno loco fuerit semiata: si postq̄ cre uerit in plantā 7 in humū meliozes transferat: multū crescit. 7 tam in quantitate q̄ in qualita te seu virtute meliorat. In estate q̄z folia eius tenera ab erucis 7 ab alijs vermibus corrodūt. in hyeme x̄o gelu 7 pruina cōstringūt 7 effici untur magis tenera 7 ad coquendū 7 ad come tendū meliora. nam reuocato calore ad interi ora folioz melius digerit substātia eoz. 7 sic ef ficiunt magis sapida 7 sunt molliora. Pli. x̄o li. xx. ca. x. multis laudib⁹ extollit caulez quo ad vsū medicine. 7 dicit q̄ eius triplex est spēs. quedam est crispa utilis stomacho aluū modi ce molliens. alia lata hñs folia spissa. 7 ista mi nus valet in medicina. tertiā tenuia hz folia et implicia 7 ceteris amarior. sed vtilior medicie folia eius trita 7 apposita bis in die sanāt canū vulnera recentia. 7 inueterata mire sanant. cau lis parum coctus soluit: multū coctus stringit. vino 7 ebrietati resisit. nervos cōfortat. 7 ideo utilis est paliticis 7 tremulosis. lactis vbertatē prebet pueris. succus eius valet cōtra venenū dicit etiam idē q̄ valet cōtra moriuz canis ra bidi. odorem semīs eius cocti fugiūt serpentes. Multas numerat alias eius virtutes quas p tedio hic omitto. dicit q̄ bractea siluestris scz caulis per se nascens hz effectus fortiores zc.

De ordeo. Cap. cxv.

tiorē aculeū indurescit dicit magister in historia super iudic. xx. qd testate iosepho rampnus habet singulariter hanc virtutem ignem ex se proferendi. Nam eius folia quando cadunt et desiccantur multe dicuntur esse siccitatis et cuiusdam lente vinctuositatis. et ideo quando adest ignis vel fortis in calidis regionibus impressio caloris solaris. folia illa disposita inflammationi ad modicum calidi et siccitatis venti flatum incenduntur. cuius incensionis occasione aliquando vicina nemoza mirabiliter excurunt. de ramno etiam dicit pli. li. xxiiij. Inter genera arborum frutex spinosus est et ramnus. habens ramos et folia in quibus sunt aculei recti non adunci habentes in ramis quosdam folliculos rubentes siue fructus in quibus est semen habens virtutem attractiuam nam et secundinas ab utero trahit. Est autem arbor magne amaritudinis tam in radice qm in folijs et in ramis. est tamen utilis medicine. Nam ex succo radice et tirsoy per decoctionem fit medicamentum quod medicum vocant et in quibusdam aculeis lucidus dicitur quod oculos reddit claros. nam maculam oculi delzet et valet contra lippitudinem et alia vicia palpebrarum et ad aures purulentas et ginginas putidas et sanguinis excreaciones et contra mulierum pluuium quoniam habundant humores supflui in matrice quam optime purgat et inuauat. et vt dicit pli. sanat vlcera labiorum et valet ad scissuras lingue vt dicit idem.

De resina

Capitulū. cxxxix.

**R**esina vt dicit ysaac.

li. xxvij. est lacrima sudore lignorum exalata vt balsami ferule pini et lentisciet arborum et etiam virgultorum que sudare prohibent enim grece emanare dicitur vel sudare sic ligna odorifera oriētis sic gutta balsami aut ferulaz quarum gutta durefcit in gemam scilicet in electrum. Prima autem resina dicitur therebinthina et prestantissima per alios et defertur de arabia in dea siria cipro et africa et ab insulis maris. Secunda est lentiscina que mastix vocatur. hedechio insula dicitur. Tercia est pinealis et hec nunc est liquida nunc dura inuenitur. hucusque ysaac. Resina igitur dicitur quodlibet gummi liquidum vel aridum. liquida resina vt balsami et therebinthina dura vt mastix thuris et mirra et hmoi. Dis autem resina primo est mollis et liquida vel viscosa. in prima sui emanatōe et aliquid remanet liquidum et aliquid calore vel frigore indurat. Dis autem resina est utilis in medicina et ideo resina posita est in nobilibus antidotis et vnguentis. naturas autem et virtutes singulorum querere in locis suis.

## Rubus est densi-

tas spinarū 7 vepriū 7 aliorū fruticū aculeos bñtiū qñ i aliq loco crescit siml vt dicit ysid. 7 est rubetum siue rubus nomen appropriatū spinoso fructui ferenti mora agrestia. quibz pastores releuāt famē suā. Cui⁹ fructus primo est rubeus et iō a rubore fructum est dictus rubus. in ramos longos graciles et rotundos spinosos et densatos subrubeos et i se reflexos se diffundit. cuius folia sunt brenia et in lateribz sunt scissa aliquātulū et acuta. habentia exterius quosdā aculeos puulos. paruz curuos et aduncos valde pungitinos. **Uñ** totus rubus a radice vsqz ad summitatē aculeatus est et spinosus cuius aculei versus terrā parum recurui ad similitudiez dentū sunt formati. cuius fructus p̄io est viridis durus et valde stipticus deinde fit rubeus parū acetosus vltimo efficitur niger et dulcis qñ penitus est maturus. Cuius succus est rubeus et inficit sic sanguis. et est fructus exterius tenuissima pellicula 7 molli circūdatus folliculis quibusdā distinctus et cū quadam rotūditate parū eleuatus s̄ plenus est quadam carnositate humida interi⁹ et granosus et est arbor medicinalis cuz fructu suo. Est ei rubus frigidus et siccus s̄m plat. vt dicit idem. Dicit etiā constantinus. summitates esse eius stipticas et valere cōtra calida apostemata et vsturas. et cōtra rubores oculorum si tinee eius cum albugine oui conterantur 7 apponantur. succus etiā turionū eius et tiniarum valet etiam contra dissenteriam cum aqua ordi. **Hucusqz** plas. de fructus antez eius vtilitate quere supra in litera m. de moris agrestibz in terra quidem sterili crescit et est optimū circa ortos et etiā vineas munimentū. Nam sua spissitudine bestias 7 trāseñtes homies arcet ab ingressu. leporum et hmōi minorū aimaliū est receptaculum. animum in eo nidificantū defensaculū et latibulū. nam ad hoc dati sunt ei aculei a natura vt eis quasi cū mucronibz se defendat 7 ideo manus inuadentiū fructus suos vulnerat 7 pungit. et ad sua interiora aduersarios ingredi nō pmittit. Rubus etiā vmbrosus est et obscurus sua densitate soli nō puius. et iō colubris 7 alijs venenatis reptilibz est amicus. et ideo a rubo dicit rubeta quedā rana venenosa que rubos inhabitat et frequentat. vnde iuxta rubos dormire non est tutum. ppter eius venenosa vt dicitur in historia sup exo.

De ruta.

Capitulum. cxli.

## Ruta est medici-

nalis herba dicta eo q̄ sit feruentissima. cui⁹ duplex est species scz agrestis et domestica. et vtraqz ē feruida sed agrestis magis vt dicit ysid. li. xvij. ca. vlt. hāc venenis cōtrariari 7 repugnare docent mustele. que primo rutam comedunt et eius odore se muniunt et virtute anteqz dimicēt cuz serpēte vt dicit idem. immo mustela vim rute noscēs p̄ ipi⁹ esum inuadit secure et interficit basiliscū vt dicit pli. dyaf. et cōstan. Multis liquidē laudibz eaz extollit pli. li. xx. ca. xxvij. fere p̄ cunctis herbis. dicit em virtutē habere calidā scz 7 siccam. sto machi confortatiuā si sepe potet. Item vim habet ptus mortui expulsuam. et immūdiaruz matrix eductiuā et cōsumptiuam et p̄ consequens purgatiuā. Item virtutē habet hūoris venerei cōsumptiuā. 7 p̄ ipius appetit⁹ i masculis repressiuā qz in eis intendit siccitatē et caloz cōplexionalē in masculis dñantem. ex q̄z qualitatū intensioe desiccatur humor et cōsumit q̄ solet esse in viris causa venerei appetitus. i mulieribz aut frigidis et humidis operat ex causa p̄traria cōtrarium supra dictis. decoctio etiam rute sedat dura tormētayentris si potetur. hec herba calida si sup ventris regione cathaplasmetur mundat et iuuat pulmonē 7 pectora ab omni causa humida 7 frigida mēbroz spiritualiū infectiua. decocta cum oleo vermes ventris necat. cruda comesta acuit visum. oculoruz caliginem dissipat atz curat. fluxum sanguinis p̄ nares eius succus naribus instillatus desiccatur 7 sedat. comesta vel potata venenis omnibus potēter obuiat. et omniū venenatorū morsibz cū alijs sale et nucibus p̄tritis pariter curat. mire succus eius naribus instillat⁹ a flumate caput purgat. 7 epilēticos multū iuuat. dolorē dentiū eius decoctio releuat. membra paralitica ad se sum reuocat et poros prius clausos deopilat. ventositatem intestinoz potenter extenuat. et oēm interiorē dolorē sedat. lippitudiez oculorum et ruborem cum cinino in aqua rosacea ruta mixta mundat mirabiliter atz sanat. Cui⁹ odor omnia venenosa de ortis fugat. et ideo plātatur circa saliuā quam serpētes diligūt et bufones vt eos fugz. de ruta q̄s dicit pli. li. xix. c. ix. ruta vult feri i equinoctio autumnali. odit biemem fimum et humorē. siccis gaudet temporibus. terra latericia ac cinere vult nutriri. 7 cinis eius semis debet misceri vt careat crucis. mustē

rutatum bibebat antiqui romani contra venenum et alias multas passiones. **U**m seminatum habet in semine in stipite in furculo siue in radice. nam incuruato rami alicuius cacumie statim fixa in terra radicat et difficilime arefcit. amicitia est ei cum fico intantum ut nusquam letior conualefcit quam sub ficu vel iuxta ficum. **I**tem dicit idem li. xx. errauit pitagoras qui putauit oculis noxiam esse rutam quia sculptores et pictores comedunt rutam causa oculorum et acuius eorum visus. precauere autem grauide ne comedant rutam. quia prout interficit cibum tali. contra profluum genitale dicitur. et venere crebro pro somnia imaginantibus. succo rute inuncti a scorpionibus et araneis ab apibus vel spem non punguntur nec a succo cicute qui etiam est venenum venenorum inficiuntur. hucusque pli. li. xx. ca. xiiij.

**D**e saltu et eius proprietatibus. **C**a. cxliij.

### **S**altus est vastus

et siluestris locus ubi arbores in altum exiliunt et crescut ut dicit ysi. li. xiiij. Dicit etiam idem li. xiiij. saltus est densitas arborum alta vocata hoc nomine. eo quod exiliat in altum et consurgat et differt a silua. nam in silua crescut arbores plures et breuiiores et spissius et itim? sibinnice piquates. In saltu vero arbores sunt pauciores sed electiores sunt et maiores vnde silua est spissum nemus et breue et dicitur a silen quod est lignum quia multa ligna ibi cedunt et nascuntur. et est idem silua nemus et lucus. sed silua dicitur a silen quod est vastitas vel silentium. quia silua est ubi loca sunt vasta et deserta et silentio plena. **N**em? vero a numine nuncupatur. quia ibi scilicet in siluis ydola statuebant et pro numine adorabant. **S**unt autem nemora arbores maiores vmbrose frondibus. **L**ucus autem dicitur densitas arborum solo lumine distrabens et dicitur pro antisfrase a luceo ces. lucus quasi lucet minime. sicut piscina dicitur quasi minime pisces habens ut dicit ysi. li. xvij. **S**altus et silue siue nemora sunt loca vasta et deserta ubi crescut ligna infructuosa multa et fructuosa pauca. et sunt infructuosa maiora et altiora generaliter quam fructuosa paucis exceptis scilicet quercubus atque fagis. a feris siluestribus frequenter. graminia et pascua in siluis et saltibus generantur. herbe medicinales in nemoribus et siluis precipue motuosius reperiuntur. in estate virore frondium et graminum decorantur. in siluis est locus deductionis et venationis. nam venantur in eis fere et in eis multiplices insidie a canibus et venatoribus preparantur. **I**dem locus occultationis nam in sil-

uis sepius predones et latronculi occultantur in quorum incidentes insidias transeuntes spoliantur sepius aut ingulantur. **I**tem in siluis propter viarum multitudinem et semitarum incertitudinem sepius deuiant ignoti. et viam incertam et ignotam precognita eligentes sepe ad latrocinium latibula non sine periculo deducuntur. et ideo fiunt nodi et signa in arbutis siue arborum ramis ut vie tute et certe viatoribus ostendantur. a latronibus autem in binis aliquando immutatur huiusmodi nodi siue signa. et sic per signorum falsitatem multi deuiant et a rectitudine abducuntur. **I**tem ad siluas aues confugiunt et apes. ille ut nidificent iste ut mellificent. aues ut ab aucupe tueantur apes ut mellis fauos in arborum concavitatibus componentes secretius abscondantur. **I**tem cum silue propter earum densitatem sint frigide consite et vmbrose viatores estu solis fatigati in vmbroso vacare refrigerio delectantur. **E**x siluarum autem multitudine regionum termini abinuicem distinguuntur et per arborum mutuas compressiones et indagines ab hostibus defendantur.

**D**e salice.

**C**apitulum. cxliij.

### **S**alix arbor est que

dam sic dicta. eo quod celeriter saliat postquam in aliquo loco figitur vel plantatur. ut dicit Isid. li. xvij. arbor quedam lenta est et mollis vitibus id est vinearum palmitibus vincendis apta et colligendis ut dicit idem. **H**ec arbor fructum non habet se solum semen siue florem. **C**uius seminis dicitur hanc esse virtutem ut si quis illud in poculo hauserit filios non generet. immo etiam filias efficit infecundas hucusque. **I**si. li. xvij. **D**e salice autem dicit pli. li. xxv. salicum diuersa sunt genera. nam que in magna virtutem et proceritatem virgas emittunt. crescut quoque in altum et pariunt particas vinearum quarum cortices longi sunt et spissi ac fortes inferius albi et exterius virides ex quibus vincula componuntur. et tales salices quous sunt fortes non tamen sunt ita flexibiles ut minores. et ideo citius confringuntur quam ad ligandum circumtorqueantur. **S**unt et salices minores et ceteris gratiliores ductiles supra modum ac flexibiles ita quod circumflexione non rumpuntur. immo ad instar filii totti fortificantur et inde fiunt vimina ad vites et ad volia colliganda. **E**st et tertia species salicis inter duas primas. et est in quantitate et in flexibilitate mediocris. nam

maior inflexibilior cortice et rigidior est minor  
 immo et illius rami detracti sunt colore candidi  
 et cōtactu lenes atq; plani. nō nodosi. ex quibus  
 fiunt varia supellectilia vt sedes sportule ⁊ cani  
 stra. per cōplexionē aut et tonsurā densior sit in  
 ramis. **D**is ei salix quāuis sit q̄ ad fructū sterilis  
 tñ in frondib; ⁊ fertilis ī ramis ē. et maxie si tpe  
 debito scz ī marcio vel apuli tondeat vt dicit  
 idem libro decimosextimo. capitulo. xx. dicit idē  
 inter occiduas arbores que plantantur pre  
 ter alias salices obtinent p̄cipatū que si binis  
 pedib; a terra putentur coercent ne ī altū crescāt  
 sed in latitudinē se diffundēt vt vlti<sup>o</sup> sine sca  
 la tondeantur. **z̄.** **O**m̄is h̄o salix tanto in ramis  
 est fecundior quāto quidem terre est p̄p̄inquo<sup>r</sup>.  
**P**rocesu q̄z tēporis. quādo multuz antiquat  
 salix deficit paulatim et putrescit. et eius putre  
 do incipit interi<sup>o</sup> a medulla. ⁊ ideo remanet inte  
 rius tota cōcaua et vacua. ⁊ tamen naturaliter  
 exterius viridis atq; pulchra. **I**n cui<sup>o</sup> cōcauitate  
 sepe latent venenosi vermes. vt colubri ⁊ serpe  
 tes. et ideo dōrmire sub aliqua salice non est tu  
 tum. **H**ucusq; pli. quāuis at inutilis arbor sit sa  
 lix quo ad fructū. vtilis tamē est medicine. **E**st  
 em̄ frigida et sicca vt dicitur in pla<sup>o</sup>. et h̄z vim  
 constringendi et dissoluendi. et febrilem calorē  
 mitigandi si detur ī potu succus folio<sup>r</sup>ū ei<sup>o</sup>. va  
 let etiam cōtra dissenteriam puluis corticis cō  
 bustus in potu sumptus. **I**dem etiam puluis  
 consolidat vulnera vlcerosa. **I**dem etiā puluis  
 curat verrucas interius in potu sumpt<sup>o</sup> et exte  
 rius cathaplasmatas. rami et folia aspersa aq̄  
 aerem infrigidant. circa febricitates et eos re  
 creant et cōfortant et somnum puocant **H**uc  
 usq; pla<sup>o</sup>.

**De sambuco.**

**Capitulum. cxliij.**

**Sambucus vel**

**S**ambuca est arbor mollis et parua  
 ex qua p̄ponitur quedā species sim  
 phonie que dicitur tibia vel sambuca vt dicit  
 ysi. libro. xij. in tractatu de musicis instrumētis  
 Arbor em̄ est habēs longos ramos rotūdos ⁊  
 planos. exterius valde solidos et cōpactos. in  
 tus h̄o valde concauos quadā molli medulla  
 plenos. cui<sup>o</sup> folia sunt plana et crassa ac grauis  
 odoris. flores autem habet multos candidos  
 valde aromaticos et minutos. corticem etiā ha  
 bet duplicem exteriorē fuluū et interiorē  
 viridem et ille cortex valde humidus est actua  
 liter. et eius succus conuenit medicine plures ī  
 anno flores et fructus facit. nigri est coloris et  
 odoris horribilis et saporis. et ideo inutilis est

ad comedendum. **E**st autē sambuca arbor cali  
 da et sicca. c<sup>o</sup> cortices folia et flores p̄ueniūt me  
 dicine vt dicitur in pla<sup>o</sup>. diureticam habet vir  
 tutem et diuisiuam et attractiuā. et fleumatis  
 purgatiuam. et ideo valet contra quotidianam  
 febrē ex fleumate procedentē succus eius p  
 se vel cum melle lumbricos interficit. decoctio  
 corticis mediani cum vino duriciem splenis et  
 epatis soluit. **I**dem faciūt folia in oleo decocta  
 et cathaplasma ta folia. ei<sup>o</sup> et cortices ac fruct<sup>o</sup>  
 decocti in aqua salsa tumorē pedum dissol  
 uunt si pedes inde fomententur. succus valet  
 contra ydroposim ex frigida causa. decoctio eti  
 am folio<sup>r</sup>um et fructuum in vino fortissimo m̄  
 tum confert cōtra lepram ex fleumate si frequē  
 fiat. nam fleumaticos humores corruptos vel  
 corruptioni dispositos mire purgat. mirum atē  
 est videre in sambuco nam si cortex medianus  
 stipitis vel radice radatur versus superius per  
 regionem superiorē purgabit et si inferius p  
 partes inferiores soluet. vt dicit plinius. dya  
 scorides et pla<sup>o</sup>. **z̄.**

**De saliuca.**

**Capitulum. cxlv.**

**Saliunca est her**

**S**aliunca est herba fm bug. spinosa et modica a sa  
 liendo dicta eo q̄ facit saltare se cal  
 cantes. et ideo dicitur gallice thauthetrape. qz  
 capit et ledit pedem se calcantem. **E**t hoc vide  
 tur dicere virgilius. dicens puniceis. quantum  
 saliunca rosetis. et fm hoc est herba cui<sup>o</sup> radix  
 est magna et longa. pinguis mollis et carnosa  
 sicut pastinaca et solet poni in electuarijs et di  
 citur alio nomine yringus et emittit quasdam  
 hastulas duras et angulosas in quarum sum  
 mitatibus crescunt quedam capitella circum  
 quaq; aculeata sicut calcaria et crescit in ter  
 ra sterili et arenosa et ab aliquibus scorpio vo  
 catur quia ad modum scorpionis pungit se tā  
 gentem. fm plini. aut li. xx. ca. vij. saliunca ē bre  
 uis et modica. foliosa et ramosa. et densa quasi  
 manu pressa. multum aromatica fere et nardi  
 spica. et quibusdam radicibus minutis adhe  
 ret. in pannonia regione nascitur in locis duris  
 et lapidosis. et est herba calida et sicca subtilis  
 in substantia et multum diuretica. cuius radix  
 decocta in vino sistit vomitum. et stomachum  
 multum confortat vt dicit plinius libro. xxj. ca.  
 xx.

**De stacte.**

**Capitulum. cxlvj.**



**L**acte dicitur gutta  
ta mirre arboris et est idem quod ipsa  
mirra ut dicitur glo. super gen. xxxvij.  
Et declinatur hec stacte huius stactes. inveni-  
tur autem stacten indeclinabile. Unde ysaac ca.  
ij. ubi loquitur de odoribus dicit. stacten est incen-  
sum quod ex pressura manat. et est grecum nomen.  
quere supra de mirra in litera m.

**De storace. Capitulum. cxlvij.**

**S**torax ut dicitur  
ysid. li. xvij. est arbor arabie similis  
malo citonio. cuius virgule circa ca-  
nicule ortum cavernatim et lacrimatim lacrimam  
fluunt. cuius distillatio in terra cadens munda non  
est. sed cum cortice proprio servatur. Illa autem que  
virgis et calamis inheret albida est atque munda  
sed primo efficitur fulva calore solis. quedam autem  
eius species dicitur calamites que et pinguis et re-  
sinosa humecta et velut mellosum odoris iocundum  
diligentem mittens cuius gutta profluens et  
coagulata simili nomine appellatur. nam greci sti-  
riam dicunt guttam. grece vero storax latine sto-  
rax appellatur ut dicit ysid. idem dicit glo. super  
ecc. xxij. Storax itaque arboris stircis est gut-  
ta et est multum efficax in medicina. Nam hinc  
dyasc. et plaet. calida est et sicca. substantiam ha-  
bens glutinosam. et virtutem habet attractivam  
cuius triplex est maneries scilicet calamita id est bo-  
na gutta et prius que prius ab arborie effluit et ema-  
nat. Alia est storax rubea que fluit post primam  
que est purior. Tercia in colore est storax liqui-  
da rufa. in odore suavis. in sapore epotica. et sub-  
stantia magna. et in manibus malaxari potest. Que  
autem dulcem habet saporem sophisticata est. dis-  
cernitur autem sophisticata quod si vetus est dum ma-  
laxatur pulverizatur et in frusta cadit. si recens  
est humectatur nimium inde manet et non satis  
inniscatur et plus habet dulcedinis quam debet  
liquida non sophisticatur. Inter has tres cala-  
mita maxime est virtutis cerebrum mire confortat.  
fumus eius omnem reumaticum fluxum sedat.  
Caphala ex ea facta ganguias et dentes motos  
roborat et confirmat. mensuris imperat contra  
tussim et raucedinem bene iuvat. vtiliter vero po-  
nitur storax in emplastris contra tinea et pustu-  
las capitis et multas alias passiones. Hucusque  
dyascorides et plaet. fumus storacis ut dicit ysi-  
dorus. purgat aerem corruptam et fugat om-  
nem vaporem et fumum pestilentem.

**De sicomoro.**

**Capitulum. cxlvij.**

**S**icomorus est fi-  
cus fatua in folijs moro similis in  
alijs ficus speciem tenet ut dicit ma-  
gister in historijs li. xxvij. Sicomorus et morus  
greca nomina sunt. Et dicta est sicomorus quia  
in folijs moro est similis. Hanc latini celsam vo-  
cant moro enim longe procerior et maior est.  
vel hinc alios dicitur a file quod est ficus et moros  
quod est fatuitas quasi fatua ficus sic dicit glo. super  
luc. xix. Et est hinc dyascorides. sicomorus ficus  
siluestris fructus quosdam proferens subdul-  
ces sed nunquam proneniunt ad maturitatem si-  
cut de capusico dicit plinius libro decimoquin-  
to capitulo decimonono. siluestris ficus nunquam  
maturefcit. aliqui tamen comedunt tales fru-  
ctus. dicit etiam dyascorides. quod sicomorus la-  
pide contusus emittit lacrimas ad modum gummi  
mi et idem est medicinale. nam succurrit mori-  
bus venenatis si bibatur. tumoresque splenis con-  
pescit. dolorem stomachi tollit.

**De spina.**

**Capitulum. cxlix.**

**S**pina dicitur arbor  
aculeata sic dicta quod spinarum acumi-  
ne velut quibusdam spiculis contra  
tangendum iniurias est armata ut dicit ysidus.  
a cuius similitudine dicitur spina tori propter  
radiolos ossium que sunt acuta sicut spine. Spi-  
na autem proprie dicitur aculeus quia stipite  
ericiens spissus et grossus in sua extremitate pira-  
midalis efficitur et acutus cuius rationem po-  
tes inuenire supra eodem libro ut dicitur de ar-  
bore in generali et dispositione arborum ubi di-  
cit quod non est de intentione nature quod arbores  
sunt spinose quia accidit ex raritate plante per  
quam attrahitur humor frigidus parum co-  
ctus qui per poros ad exteriora attractus a ca-  
lore solis ad spinas coagulatur et propter pau-  
citatem materie que attrahitur in sine acuitur  
et pyramidaliter figuratur. et hoc aliquando  
cum quadam inclinatione ut est videre in ru-  
bis et in rosetis aliquando in erecto acumine  
ad modum spiculi sine teli. spinarum autem  
frequentia signum est terre sterilis vel inculte  
et est quasi generale quod omnes frutices et arbo-  
res que multum sunt spinose mutuo se conuer-  
tunt et alterutrum se muniunt et defendunt et  
contra manus sibi resistentium pugnant et vul-

nerant. nunq̄ tamē inuicem sese ledūt propter  
suam densitatem radios solares interceptiūt et  
roisluas celi guttas ad eos que sub eis sunt de  
scendere nō p̄mittunt. et iō q̄ iuxta spinas v̄l in  
tra semiant nō defacili cōualescūt. spinarū pun  
ctura manus vel pedes sepius vulnerant et nō  
cessat dolor nisi de locis lesis totaliter extrahā  
tur. propter sui acuitatē ⁊ puncturā vix sine sal  
ce vel sarculo ferreo euellunt et cū fuerint aul  
se alligate. per fasciculos in cibano exurunt. se  
pe etiā inter spinas apparēt flores et etiam fru  
ctus multi. Sed p̄pter florū molliciē nō mollifi  
cantur spine. immo deficientibus folijs rema  
nent spine et amplius indurant propter eorū  
naturalem siccitatem defacili in igne accendūt  
et vehemēter inflamant et scintillātes ac crepi  
tantes sonitum nō modicū faciunt. sed statim  
postmodū adnihilāt. sicut dicit glo. super. vii.  
c. eccle. non tamen spine penitus inutiles sunt  
immo mltis vsibus cōgruentes. nam ex spinis  
fiunt sepes quibz homies se et sua muniunt m̄  
triplices etiam generant fructus vtilis quos de  
sendunt quere supra de rubo in litera R.

De lignis sethim.

Capitulum. cli.

**L**igna sethim eē  
dicunt quedam arbores spinose le  
ues imputribiles similes albe spi  
ne que grece acharitis dicitur sup̄ ero. xxv. vbi  
dicitur sethim nomen ē regionis mōtis ⁊ arbo  
ris que albe spine in folijs est similis et est lenissi  
mū lignū iputribile icremabile. An d̄r i auro  
ra. ligna sethim torpent nulla putredine iustos  
signant in celum qui sine fine nitent spina sethi  
vocant quia vi quia penis acerbis et quia tor  
mentis itur ad astra dei fm̄ dyal. et plini. virt<sup>o</sup>  
est illi stiptica et cōstrictiua et fluxus sanguinis  
sedatiua. folia aut̄ aspera spinosa et albida flo  
rem habet purpureum et virgulas longas ad  
grossitudinē manus digiti in quarū summitati  
bus habet capitella spinosa semie rotundo ple  
na et valet contra venenum fugiunt serpentes  
odore eius et potatum valet quia putrida mē  
bra fouet et inuat. et cetera.

De sentice.

Capitulum. cli.

**S**entix cis. genus  
est herbe vel fructus habētis aspe  
ra folia pingua et diuisa vt eruca  
virgas habet duorum cubitorum et dicitur  
sentix a situ vbi crescit quia inter dura et in

culta crescunt sentices sicut spine vt dicit ysi  
dorus. capitella habet vt carduus cuius ra  
dix est rufa longa pinguis et est etiam medici  
nalis et subuenit combusturis vt dicit dyasco  
rides. ⁊ valet contra intrinsecā compūcturā zc.

De sepe.

Capitulum. clij.

**S**epes sepis ē ge  
n<sup>o</sup> multōis scēe ex sentibz spinis atz  
lignis nā sudes sine pali i tra figūt  
circa quos spine et virgule circūnectunt et sic  
dom<sup>o</sup> vel segetes sepis beneficio muniunt ⁊ di  
citur hic sepes huius sepis. Unde eccle. xxxvi.  
vbi nō est sepes diripiet possessio. Circa sepes  
etiam latitāt venenosi vermes vt rane colubri  
et serpentes. vnde a sepi dicitur seps serpens  
cuius venenum non solum corpus. verum etiā  
ossa destruit et consumit. vnde lucanus. Ossa  
qz dissoluens cum pectore tabificus seps zc. et  
ideo iuxta sepem dormire periculosum est pro  
pter latentia venenosa. Sepes ymbabo ⁊ cau  
matibus exponuntur cito deficiunt nisi renouē  
tur et dum res alienas custodiunt soli expositi  
paulatim se consumunt et tandem exsiccati et  
putrefacti nisi incendium promerentur. A sepi  
autēz siue a sepio sepis dicitur septum septi id  
est ambitus locus scilicet circumclausus. dicit  
enim intra septum templi id est intra ambitus  
seu clausuram.

De sude.

Capitulum. clij.

**S**udes sudis est  
palus vtraqz extremitate exacutus  
a suo suis dicitur quia sepes q̄si con  
suta sudibus videtur eo q̄ sudes p̄ eam ex trāf  
uerso figuntur vt dicit ysidus. fm̄ hugo. x̄o su  
des dicitur a sudo sudis vel a sudus da. dū. qd̄  
est mundus et purus eo q̄ sudes mundantur ⁊  
purificantur prius q̄ terre infigantur que tan  
to fortiozem faciunt sepem quāto plus in terra  
profundantur et virgis eas consuetibus for  
tius constringuntur. et est sudes feminini gene  
ris et dicitur hec sudes hui<sup>o</sup> sudis. vt dicit hu  
go et ouidius met. dicit que coniuncta est bu  
meris ceruix sude figit combusta zc.

De siliqua.

Capitulum. cliij.

**Al**iqua est gen<sup>9</sup> leguminis sonoris folli<sup>b</sup> et vacuis qd magis onerat q̄ reficit vt dicit glo. sup. luc. xv. fm hug. silique dicit folliculus cuiuscunq; leguminis 7 purgamentum ex quo porci nutriuntur. yfido. aut li. xvij. dicit. siliquon quā latini incorrupte siliquā vocant. ideo tale nomen a grecis accepit quia est arbor cui<sup>9</sup> fructus ē dulcis. Filon quippe lignū dicit liquon dulce 7 huic sentētie p̄cordat glo. sup. ero. c. xx. iij. vbi dicit q̄ fructus siliq̄ sunt p̄dulces et habent longitudinem vnus digiti et pollicarem latitudinem quoz cortex manducat vt dicit idē li. xij. c. xx. q̄ aliqui dixerūt eam esse sicū egyptiam sed hoc est error manifest<sup>9</sup> qz in egypto non crescit sed in siria.

**De sinapi.** **Capitulum. clv.**  
**S**inapis dicitur a sin qd est simul et nap<sup>9</sup> q̄ in folijs napo sit similis vt dicit yf. li. xvij. de sinapi dicit pli. li. xx. c. xxij. Inter has q̄s pitagoras laudauerat herbas asseritur primā laudem tribuisse sinapi et dicit eā int̄ herbas optime principatum. calida est et sicca in. iij. gradu. humores grossos et viscosos extenuat atq; purgat serpentū et scorpionum ictus addito aceto sanat fungoz venena supat dentū dolorem mitigat cerebrū et sp̄m mirabiliter purgat cōfringit lapidē et mēstruis imperat appetitū puocat et stomachum cōfortat epilepticos iuuat et ydropicos curat litargicos excitat 7 eos multū iuuat capillos mundat et eoz casum cōpescit incōgruos aut sonos aurium et tinnitus tollit oculoꝝ caliginē detergit et asperitatē palpebrāz lenit paraliticis subuenit qz poros aperit et tumore infundentes nervos et laxantē et insensibilitatē inducentē dissoluit et inducit et cōsumit. has et multas alias ipsius laudes p̄dicat pli. et virtutes et dicit q̄ maior ē virtus ī semine. semen tñ minimū in q̄ntitate et maximū in p̄fate. mltū em̄ ē calefactiū apertiuū 7 p̄sūtiū 7 sai multiplicatiū. ex vno em̄ grano mīmo maxia plāta p̄ducit. q̄ frōte floze 7 germie ī imensum dilatat. semē ei<sup>9</sup> in quibusdāz follicul sine tecis oblogis et rotūdis crescit 7 illaz tecarum beneficio vsq; ad maturitatē cōseruat. flores aut sunt multū crocei et odoriferi et cū tota herba feruida sit et austera flores ei<sup>9</sup> maxie ab apib<sup>9</sup> diligūtur et frequētantur vt dicit pli. et tamē nunq̄ cōtingūt flores oliuarū vt dicit pli.

libro. xx. ca. xij. ita etiam in se multiplicat vt vbi semen seminat vix locus inde vltius liberatur et vbi semel cadit protinus viret vt dicit idem libro. xix. ca. ix.

**De semine.** **Cap. clvj.**  
**S**emen ē quod in agro spergit<sup>9</sup> ad gignendū fructum q̄uis p̄ quādā appropriatōez dicatur animalū quod emittit ad p̄creandū ferū vt dicit yf. sementis hō est semē frugū q̄n est t̄pus semiandi scz actus semiatōis. a multis etiam dicebat quondā dea vel dñā semiatiōnez semiariū hō est vniuscuiusq; rei exordiu<sup>9</sup> vt vas in quo semē potit semiandū. s̄ semētū dicit qd a semine est lucratiū. ita dicit hug. 7 ponit verū differētiales ī grecisimo. est animatoꝝ semē campiq; latoꝝ semētis proprie sementiūz quod in archa claudit atq; suo spergetur tpe in agro. sementū cuiusq; rei dicatur origo. semen autem vt dicit pli. li. xvij. c. xxij. semē bonū ē āniculū binum vel trinū. Sed vltius parū v3 et illud granūz quod in area subscdit semini seruandū est. est enī optimum quoniā grauissimū et est illud semen optimum quod est magis ponderosum et interius album. fm qualitatem autem terre est semen densius vel rarius seminandum similiter citius vel tardius. nam in locis humidis celerius ne semen ymbze putrescat in siccis vero tardius vt pluuie sequantur nec diu iacens semen vltro euanescat. est autem serendū minus de semine in terra pingui et humida q̄ in macra. quia in terra pingui in p̄cipio nimis crescit et per sui multiplicationem nimiam in sine mutuo se destruit opprimit et cōfundit. Qd celerius et citius seminatur debet esse densius q̄ qd tardius solo commendatur. semen enim ferotinum debet esse rarum ne nimia densitate necetur. artis quoq; est semen equaliter spargere. nam manus cōgruere debet cum gressu semper quia cum dextro pede. nec est trasferendū semen de locis frigidis ad calidiora nec econuerso nibilq; in contrarium precipitandum est semen seminatū in macro solo raro facit culmum spicam minutam generat et inanem. pingua vero arua ex vna seminis radice fundat legetem numerosam. In autumno vero circa equinoctiū est tempus contrarium seminatiōni. similiter et in vere. sed in p̄uina serendū non est. quod patet per hiberna semina cum ante p̄uinam seminantur septima die erumpunt. sed post p̄uinam vix infra quadraginta hucusq; pli. ca. xxij. semen itaq; est granum

modicum et rotundū habens in se virtutes sue  
speciei multiplicatiuā et conseruatiuā vnde cū  
semen terre cōmittit ex humore turgescit. et ex  
calore terre incluso ptes rarificante et humo-  
res circūstātis terre ad sui tempamentū attra-  
hente inualefcit et grādefcit et sic cuticula semi-  
nis scissa germen paulatim emittit. 7 radices in-  
ferius in terra figit quibz cōtinue nutrimentuz  
sibi haurit et sic tandē vi caloris terrā insensibi-  
liter aperit. erumpit ex se producens culmum  
frondē florem atz semen et fructuz et q̄uis mo-  
dicū sit quod seminat. maximū tñ est qd̄ ex se-  
mine generat a stultis putat̄ perdi semē quan-  
do seritur. et tamē meliori mō q̄ p̄ seminatōem  
nullaten⁹ custodit̄. In semie etiā viget semina-  
lis ratio in qua opatur calor naturalis. et ad e⁹  
augmentū piter et nutrimentū humor nutriri  
talis attrahit̄ vi caloris. De semie autē mediā-  
te culmo surgit spica que fm̄ ysid. li. xxi. a spicu-  
lo dicta est. eo q̄ in spica pducant̄ aristaz cul-  
mi qui ad modū spiculorum sunt acuti. ad hoc  
em̄ facit natura aculeos in ipis spicis vt contra  
subitos auium minutarū et vermiculoz mox⁹  
in spicarū summitatibz essent arma vt dicit idē  
Spica autē fm̄ diuersorum seminū naturā se di-  
uersificat in figura. nam qñz est lata vt ī ordeo  
quandoqz triangula vt in spelta. quandoqz te-  
ragonā seu quadrangula vt est in tritico. aliqñ  
est rotunda vt dicit pli. et arif. Est autē spica in  
culmi summitate multis folliculis circūdata in  
quibus velut in matrice grana semialia nutriū-  
tur et vsqz ad maturitatis tempora pseruant̄  
Qui quidē folliculi erumpentes cuz grano pri-  
mitus manēt clausi deinde paulatim turgescen-  
tibus granis maxime in tritico fiūt scissi vt dicit̄  
super li. arif. de plantis. spicarum capita ge-  
neraliter in principio calore eleuante sursuz ele-  
uantur sed quando tendūt ad maturitatem ex  
granoz pondere inferius aliquantulum incli-  
nātur. preterea quando sunt spice in virore ex  
corrupto aere et roze perfuse in corruptelam et  
auruginem cōuertunt̄. ymbre ho et roze con-  
grue perfuse et calore celesti modo debito circū-  
fote citius maturescunt et propter rozis hume-  
ctatōnem grana sua de folliculis cadere nō per-  
mittūt vt dicit pli. li. xvij. Idem dicit Constan-  
et ysa. et al. Ex bonitate autē terre cognoscitur  
bonitas spice quia in terra bona 7 pingui gene-  
ratur spica bona. quātitate magna et granoz  
numerositate sic multiplex arista. ī terra ho sic-  
ca et macra econuerso vt dicit plinius libro eo-  
dem.

De stipula.

Capitulū. clviij.

## Stipula ab vsto

est dicta q̄i vstipula collecta ī messe  
stipula vut̄ ppter culturā agri vt di-  
cit ysi. li. xvij. vel stipula dicit̄ a stipulo siue a sti-  
po pas. quia stipula facit culmuz quē stipat vt  
dicit hug. Est p̄prie stipula idem qd̄ stramē vl̄  
palea cum folijs et vaginis qd̄ relinq̄tur ī agro  
spicarū multitudine p̄scisa falci bz et a messoribz  
collecta 7 hec stipula a multis recolligitur  
ad diuersos vsus. Nam quidam inde domos  
contegunt quidam loco straminis stipulaz sibi  
sternunt. alij palearū vice animalia inde reficiūt  
alij ho stipula ignes nutriunt 7 panes et ciba-  
ria inde coquunt vt dicit pli. li. xvij. ca. xxx. q̄re  
supra de palea in litera p. stipula quidē est res  
leuis et concava et sicca et hispida. et v̄eto sub-  
dita et ab igne faciume inflamata vt dicit idez.

De simila.

Capitulū. clviij.

## Simila tritici est

medulla farina scz purissima 7 deli-  
cata vñ sit panis nobiliū q̄ similago  
p̄prie nuncupat̄ et ē flos tenuissime forme mun-  
dissime 7 albissime. et mollissime ac diuersis ci-  
bis apte et etiā medicinis. q̄re supra de farina ī  
litera f. et de polenta in litera p.

De scopa.

Capitulum. clx.

## Scopa ē arbor a

scopando dicta a scopo pis. vel a  
scopo pas. idē ē q̄ purgo as. eo di-  
cta q̄ ex eo scopēt̄ tecta vt dic̄ ysi. li. xvij. hec a  
multis dī birth 7 habet quiqz folia leuia sicut  
tremul⁹. eo q̄ eius folia cum sint tenuissima le-  
uissimo ventoꝝ agitato tremere vident̄. mltas  
habet virgulas duras et nodosas quibus pue-  
ri doris denudatis sepi⁹ castigant̄. Ex eius eti-  
am ramusculis fiūt scope quibz purgant̄ dom⁹  
et a pulnere 7 alijs sordibz euacuāt̄. semia que-  
dam facit vacua ad modum quisquiliarū siue si  
liquarū quibus vtuntur homies siluestres lo-  
co panis. habet autē hec arbor multū de succo  
acido aliquātulum pungitino. vnde solent ho-  
mies in vere et in autūno cortices incidē et hu-  
more effluentē recolligere quē bibūt loco vini.  
talis siq̄dē pot⁹ sitim sedat 7 p̄p̄scit mltū īflat  
vt dicit̄ h̄ n̄ reficit nec inebuat neqz nutrit. Idē  
clusi pauci canes q̄ furtiue facerent plures vul-  
pes. vt dicit Ili. 7 iō sapientes vinitores sum-  
ma student diligentia ne subintrēt porci seu ca-  
nes domestici seu vulpes. a muscarū autē 7 ver-  
miū corrosiōe nō pōt seruari vinea nisi p̄ ipsius  
manuz qui omnia in sua p̄tinet potestate vt vi-  
cit Ili. 7 saluat magnifice vniuersa.

De vna.

Capitulum. clxxxj.

**V**ua ab humeo.  
mes. d̄r 7 est dicta quasi humida eo  
q̄ intrinsecus humoris est plena. vt  
dicit Ili. li. xvij. Ex tribus autē cōponitur vna.  
scz ex folliculis glareā 7 arillis. folliculi dicitur  
vinaria siue tece in quibus glareā p̄tinetur. et ē  
glareā succ<sup>9</sup> siue humor pinguis ipsi<sup>9</sup> vne. Aril-  
li autē dicunt parua grana que sunt i racemo  
7 dicuntur alio nomine acini ab aceo ces. et de-  
bet dici hic acinus ni. sicut patz in maiori volu-  
mine p̄stiani. vbi dicitur illud verbuz paulini.  
Exp̄imit humentes acinos succumqz liquen-  
tē. aliqui tñ dicūt hoc acinū. Vna em̄ ē genera-  
le nomē ad botros 7 racemos. nā pp̄ue ē multo-  
rum granorum coadunatio. racemus autē dicit<sup>r</sup>  
vnum granum. Botrus autē vnarum cōgeries  
vel p̄gregatio que gallice dicit<sup>r</sup> moissine. h̄m at  
Dapi. 7 Ili. racemus ē botrionis pars siue ra-  
musculus cum vuis p̄scisus. vnde a ramo dicit<sup>r</sup>  
racemus h̄m Ili. vne autē a multis dicunt<sup>r</sup> sub-  
urbane eo q̄ in vrbibus vendūtur ad comedē-  
dum. cōmendat em̄ eas 7 species et iocunditas  
saporis quarum multe sunt species. sicut p̄co-  
que sic vocate quia cito maturescunt 7 ante om-  
nes calore solari decoquantur. quas greci lage-  
os dicunt quia festināt ad maturitatem sicut le-  
pus. Itē sunt purpuree a calore purpureo sic  
vocate. Itē sunt verticarie sic dicte a magni-  
tudine sicut dactili a longitudine. Itē sunt ste-  
phanice a rotunditate nuncupate. Itē sunt  
cetance sic dicte eo q̄ rubeāt velut ignis. Sūt  
autē 7 aminee vne. s. albe mīneo. i. colore rubeo  
nō pmixte. Itē sunt apiane facientes vinum  
dulce quas nisi cito colligas pluuijs et ventis 7  
maxime apibz infestant<sup>r</sup> p̄o quarū depredatō-  
ne apiane sunt vocate. Itē sunt 7 biculbite a  
regione nomē sunt sortite turbines 7 pluuias 7

calores optime sustinent 2 i terra macra nō dēficiūt hmōi 2 dicitur eē basilica. Item sunt ar-  
gite quas nisi primo tempore colligas. aut i ter-  
ram cadunt. aut humore cōputrescunt. Itē sūt  
et elbolie. i. varie que neqz purpuree sunt neqz  
nigre ab elbo colore sic dicte. elbum em̄ inter al-  
bum 2 nigrum ē mediū. Sunt autē mltē alie dif-  
ferentie vnaꝝ que differunt ab inuicē in sapore  
et calore in magnitudine et virtute: sed he sunt  
magis famose. vt dicit *Isi. li. xxiij. fm ysa. xō i*  
*diet. color vnaꝝ quadrupliciter variatur. Sūt*  
em̄ vne omnino albe. clare et aquose. modicuz  
carnis habentes. cortices subtiles. ossa exigua  
sunt iterum vne omnino nigre grosse carnis. p-  
ui humoris 2 corticis. 2 ossium magnoz. sunt 2  
citrine que magis picipant cū albedine q̄s cuz  
nigredine. sunt insuper rufe que magl. accedūt  
ad nigredinem q̄s ad alborē. albe leniter nu-  
triant facile digerunt. venas penetrant et vri-  
nā puocant. nigre sunt dure digestionis. tamē  
stomachum plus pfortant. 7 etiam plus nutri-  
unt quādo bene digeruntur. Citrine autē 7 rufe  
sunt medie in potētia. 7 sic dicit idē ysa. quāto  
vne sunt maturiores tāto sunt laudabiliores et  
ad nutriendū 2 generandum bonum sanguinē  
meliores. vne que minus habent carnis q̄s hu-  
moris laudabiliores humores generant q̄s ille  
que sunt pluris carnis q̄s humoris nō tamē sūt  
tanti nutrimenti.

*De vna immatura. Capitulu. clxxxij.*

## **V**na immatura

ē frigida 7 sicca 7 multum acerba. 2  
pcutit nervos sua stipticitate denti-  
um et radices intātum q̄ stupescunt 7 vidētur  
quodammodo p̄gelari. virtutem autē habet cō-  
stringendi 7 colericum vomitum reprimendi 2  
calorem epatis extinguendi. sitim auferēdi. acu-  
men caloris mitigādi. humores grossos in o-  
culis in palpebris desiccādi 7 puritum oculoz  
et asperitatem abstergendi. vt dicit ysa.

*De vuapassa. Capitulum. clxxxij.*

## **V**uapassa mul-

tis modis fit. aliquādo em̄ torquet  
illud per qd vna depēdet a vite ita  
q̄ nō possit humidum vltius ad vnam ascen-  
dere. 7 sic pmittitur a sole p dies aliquos desic-  
cari. 7 hoc dicitur vuapassa ppter calores solis  
quē patitur et bec ē optima ad comedendum.

aliquādo racemi inuoluntur in pannis vitis 2  
colligunt et postq̄ panis est extractus de cliba  
no quādo calor ē tpatus imponunt ibi racemi  
innoluti 7 exsiccant. Simili mō dicunt iste vne  
passe. quia quādam violētiam a calore clibanī  
patiunt simili mō quādo i fumario fit vuapas-  
sa vnde dicit alexāder nequā. dant vuapassas  
clibanus fumaria febus. *De vuapassa dic ysa-*  
*ac. in dietis. vuapassa pfecta in dulcedine ē ca-*  
*lidior si nigra ē. nec ē nimis mollificatiua nec cō-*  
*sumptiua sed media. malos humores tempat*  
*7 mitigat morisionem maxime quādo ē p̄guis*  
*7 carnosa 7 corticis ē tenuis 7 eius ossa siue gra-*  
*nula sūt exigua atqz pauca. hmōi vuapassa cō-*  
*tra dolorē pectoris adiuuat. pulmonez mūdifi-*  
*cat. tussim sedat. vesicā 7 renes purgat. spleni 2*  
*epati nō puenit si habuerint duriciē 7 grossita-*  
*tem. vna autē passa habens acerbitem cū qua-*  
*dam ponticitate minus est calida q̄ sit dulcis*  
*7 minus humida maxime si sit alba. 7 iō parum*  
*nutrit. calorem extinguit. ventrem p̄stipat 7 cō-*  
*stringit.*

*De vino.*

*Capitulu. clxxxij.*

## **V**inum dicit q̄si

in vite natum. vel a vena eo q̄ pot<sup>9</sup>  
eius venas sanguine cito replet. vt  
dicit *Isi. li. xx. vbi tractat de potu. temetum aē*  
*dicitur forte vinū. eo q̄ teneat mentē 2 temera-*  
*rie agere sepe facit. dicitur 7 merū quādo ē pu-*  
*rum et aque nō admixtum. dicitur 7 bachus a*  
*libero patre qui vocabat̄ bachus. 7 dī fuisse p̄-*  
*mus reperto: vitis vel bachus dicitur ab effe-*  
*ctu. quia fortitudine sua facit bibentes furere 2*  
*in alios debachare. Laudes autez vini nō pos-*  
*set ad plenum describere etiaz si viueret bach<sup>9</sup>*  
*ip̄e. Inter omnes liquores et succos arborū vi-*  
*num obtinet principatum. nam p̄ omnibus liq̄-*  
*ribus vinum moderate assumptuz corpa plus*  
*pfortat. corda letificat. morbos et vulnera sa-*  
*nat. vnde dicit ysa. in diet. vinum dat bonum*  
*nutrimentum corpozis sanitatem reddit perdi-*  
*tam ac custodit calorem naturalem. p̄e omni-*  
*bus cibus et potibus cōfortat et augmentat. p̄-*  
*pter familiaritatis cōfortium quod habet cum*  
*natura. vnde sanguinem purissimum generat 7*  
*turbidū purificat. 7 clarificat. venarū ora apit.*  
*7 ad interiora mūdificāda sua subtilitate pene-*  
*trat. 7 tenebrosā fumositatē tristicie inductiā*  
*illuinat atqz fugat. citi<sup>9</sup> corpis mēbra corrobo-*  
*rat. et vigorē singulis admistrat. vini cī bonita-*  
*tē actō aie m̄ifestat faci<sup>9</sup> ea tristicie 7 dolorē ob-*

liuione. nec p̄mittit eam sentire angustia vel do-  
 lozem. acuit intellectū et facit eum docile ad in-  
 uestigandam rem difficilez. animosam etiā ip̄az  
 efficit et audacē. vñ patet vini excellentia cuius  
 vsus cōuenit omnibz hominibus. etatibz. t̄pibz  
 et regionibus si debito mō fm vires bibentis a  
 singulis assumatur. senibus eī cōuenit qz calor  
 vini coz repugnat frigiditati iuuenibus cōue-  
 nit fm cibū quia ī natura similis ē nature et eta-  
 ti iuenu et adoleſcētibus pueris ē cibus et me-  
 dicina. et coz calori adhuc imp̄fecto nutrimen-  
 tum exhibet et augmētum et ip̄am humiditatē  
 puenlem sup̄fluā p̄sumit et desiccatur. in frigida  
 em̄ regione et in hyeme vinū forte et multū pu-  
 rū puenit. in estate x̄o et in calida regione vinū  
 parū et multum mixtum vtile ē. corpus em̄ hu-  
 mectat et refrigerat p̄pter mixturā aque q̄ subti-  
 litate vini ad remotiora membra reducit val-  
 de cito. iō antiqui vocauerunt vinū tiriacā ma-  
 gnā qz inuenerūt illud duarū rez eē iuyatiuz  
 calefacit em̄ corpora frigida et in frigidat calida  
 humectat sicca et humida extenuat et desiccatur  
 sed eius calefactio et siccio ē naturalis humecta-  
 tio x̄o et in frigidatio ē accidētalis. quia subtili-  
 tate sua portat aquā ad mēbra que necesse ha-  
 bent in frigidari et humectari vt dicit idem. In  
 vino aut̄ p̄siderant̄ ista substātia siue liquor ca-  
 lor sapor atqz odor. Nam fm substātiā vini at-  
 tenditur subtilitas et terreſtritas siue grossicies  
 atqz mediocritas. vinum substātialiter tenue et  
 subtile albū ē et clarū et puenit stomacho quia ci-  
 to digerit et venas p̄forat. mētem nō pcutit ne-  
 qz ledit nec nervis nec cerebro aliqd̄ infert no-  
 cumētum. vinū aut̄ terreſtre atqz grossum sub-  
 tile ē et optimuz. stomachum grauatur et difficile  
 penetrat. Color aut̄ vini ē quadruplex. s. albus  
 niger. glaucus. citrinus et roseus siue rufus. al-  
 bū x̄o et nigrū vinū ceteris ē minus calidum et  
 albū ē magis humidum q̄ nigrum p̄pter subti-  
 litatē et aquositatē dominātez. nigrū x̄o magis  
 siccum est p̄pter grossiciem et terreſtreitatem ei  
 magis substātialiter domināte. vina x̄o medio-  
 cres colores habentia sunt alijs calidiora. s. vi-  
 num citrinū seu aureum et vinum rufum et hoc  
 fm qz magis ab illis extremitatibus sunt remo-  
 ta. et quāto illis sunt viciniora tanto sunt min⁹  
 calida.

De vino rubeo. Capitulum. clxxv.

**V**inum rubereum  
 valde intensum in rubore sicut san-  
 guis fortissimum ē. et multum ledit

caput et pcutit mentē et fortem facit ebrietatem  
 et iō optime indiget aqua misceri. vnde si cōmi-  
 sceatur qñ oportet et bibatur. p̄t etatibz et t̄pibz  
 et regionibus ac p̄suetudini conuenit atqz  
 decet. multum est laudabile quia grossos dissol-  
 uit humores. vias venarū a putredine mundi-  
 ficat et sanguinem purificat. maxime si vicinum  
 fuerit puritati. et ideo cōuenit senibus quia coz  
 calorem p̄fortat et frigidorum humorum dissol-  
 uit abundantiā in senū corporibus. collectorum  
 vinū rubereum necesse ē habere saporē ponticū  
 siue dulce et liquorem inter grossum et subtile  
 mediocrē. et odor eius inter aromaticū et grauē  
 et tale vinum ē ceteris t̄pantiuz ad nutrienduz  
 et mutatur facilius in sanguinē p̄pter similitudi-  
 nem quam habet cum eo in liquore in sapore et  
 colore. vinum dulce et multum rubereum iuuat  
 ad mūdificandū vicia pectoris et pulmonis.  
 valde em̄ ē solutiū viscosi humoris et lenitiū  
 et immundicie absorptiuum. vini aut̄ p̄siderat  
 odor. nā si vinum fuerit aromaticū signat sanz  
 liquorem subtilem eē t̄patum. omniqz sordicie  
 emundatum et optime digestiuum et ideo cla-  
 rum generat sanguinem atqz mūdum. et ē cor-  
 dis cōfortatiuum. letificatiuum et fumi grossi et  
 obscuri et turbidi expulsiuum. vnde ypoc. vinū  
 inquit odoriferum subtilius ceteris est et leu⁹  
 et digestibilis ac nutritibilis. quia natura in eo  
 suam cōpleuisse se signat actōnem. vinū x̄o qd̄  
 nullius ē odoris grossiciem insinuat. et ideo ē il-  
 laudabilis nutrimenti nec clarificat sanguinem  
 nec etiāz p̄fortat sed generat humores grossos  
 et fumum turbidum et obscurum. vnde horribi-  
 lissimū habens odorem et saporē maximum nocu-  
 mētum. pessimum generat sanguinem et no-  
 xium p̄fert corpori nutrimentū. et maxime si vi-  
 num fuerit valde nigrum ad qd̄ p̄tinet grossici-  
 es liquoris et prauitas odoris et ponticitas sa-  
 poris. vinum itaqz predictis qualitatibus tem-  
 patum si t̄pate et modo debito bibatur naturā  
 adiunat laudabilē sanguinem generat saporēz  
 cibus et potibus administrat. desiderium et ap-  
 petitum excitat vitalem naturam et naturalem  
 stomachum p̄fortat ad cibū appetendum et re-  
 cipiendum ac digerendum iuuat virtutem expul-  
 siuā ad expellēdas feces excitat. sitim sedat. pas-  
 siones anime de malo in bonū alterat et immu-  
 tat. nā animam vertit ab impietate ad pietatē.  
 ab auaricia in largitatem. a superbia in humili-  
 tatem. de timore in animositatē. et vt breuiter di-  
 cā vinū moderate sumptū corporis et aie sanitas  
 ē. Hucusqz Isq. in diet. et pli. li. xiiij. ix. c. vbi dī

vini natura ē ipō hausto accendere viscera in-  
tus forz ipō fuso infrigidare mēbra que ab ipō  
perfundantur. viribus autē corporis nihil vino  
vtilius est si adsit modus. nihilqz pnciosius si  
modus in sumendo non teneatur. vñ androni-  
des sapiētia clarus ad alexandriū magnū cobi-  
bens intempantiam vini in bibendo. **R**ex inq̄t  
memento te bibere sanguinem terre. nā bibe-  
re intempate vinum cicuta ē homini seu vene-  
nuz. quibus pceptis si ille tempasqz pfecto ami-  
cos in temulentia nō interemisset. vt dicit **P**oli.  
**I**tem mala que facit vinum intemperate z im-  
moderate sumptum tangit ibidē in eodem li. c.  
vlti. mētem inquit mutat in furorem in mali im-  
petū z oblivionem boni. **E**brioso siquidem in-  
est palloz in facie et gene pendule. oculoꝝ assūt  
vlcera z lippitudo. manus tremula linguaqz li-  
gata. postera die eructuant alitus fedi velut de  
sepulcro et grauissime sentiunt in capite pun-  
ctiones. amaricat frumen. s. palati summitatem  
amicabilis. i. colera que incenditur ex calido fu-  
mo vini z estualis sitis torquet guttur. **R**am h̄  
necessitas vinum sequitur vt bibendi cōsuetu-  
do auiditatez pariat rebibendi. vnde more san-  
guisuge vinolenti quāto plus bibunt tanto pl̄  
litiūt. ad hec verba pli. addit ysa. dicēs sic. si vi-  
num vsqz ad ebrietatē sepe assumptū fuerit ra-  
tionis lumen extinguit et vim brutalem cōfor-  
tat. vñde permanet corpus velut nauis in mari  
nō habens gubernaculum aut rectorēz z sicut  
militia nō habens principem neqz ducem. p̄p̄  
quod fauet ebrius rei nō annuēde z laudat qd̄  
in se est illaudabile. de sapientibus facit stultos  
de beniuolis puerfos efficit z malignos. nā ebi-  
etas ē omniū vicioꝝ fomes atqz causa. incidūt  
em̄ ebriosi in homicidia. adulteria et furta et iō  
volentes custodire familiam oportet eos a vi-  
no custodire ne vinum plus bibant q̄z eorū vir-  
tuti expedit et nature.

**De vino nouo. Capituluꝝ. clxxxvi.**

## Vinum nouum

qd̄ de lacu. i. de cuppa noniter ē sub-  
latū vocatur mustū qñ. s. de torcula-  
ri primo ē expressus. z ē dictū quasi tenēs mus  
id ē terrā sine lutū. mus em̄ grece terra dī lati-  
ne vñ et humus terra dī h̄mefacta. in musto  
autē ptes terre et feculente ptibus aqueis z ae-  
reis sunt admixte in quas agens virt<sup>9</sup> ignea for-  
tissimā facit ebullitōz. **R**am ptes ignee z aeree  
mouent<sup>r</sup> sursum. ptes ho terre deorsum z ex ta-  
li perturbatōne z repugnantia fortis fit ebulli-

tio donec vincēte calore puri ab impuro fiat se-  
patis et p̄pleta digestio. **I**nest autēz musto tā-  
ta vis feruoris vt vasa fortia ex eo plena absqz  
spiramine mox dirumpat vt dicit **C**onstāti. et  
**G**reg. sup **J**ob. vñde p spiraculi apturam spu  
mosa vini immūdicia ad vasis superficiem vi. ca-  
loris eicta p̄tinue euaporat donec purissimum  
vinum fiat. **I**n principio autē quādo mustū eli-  
quatur valde ē turbidum atqz spissum. et iō vt  
dicit **I**sa. bibitum grossum generat fumūz ter-  
ribiliū somnioꝝ inductiuum malos generat hu-  
mores rugitum facit et inflatōem in intestinis.  
mustum em̄ nouum valde ventosum et spumo-  
sum ē. p̄pter resolutōem ptium vi caloris. vñde  
**G**al. vinū quodcūqz duꝝ ē recens nō habet vñ  
ducendi cibuz p corpus. vñde ventositatem et  
inflatōem ac fastidiū generat. quāto plus autē  
durat post expressionem a torculari tanto plus  
clarificat et depuratur z amplius intēdit calor  
eius. quādo em̄ adhuc ē mustum ab ebullitōne  
nō quiescit nec terrestria ad suum locum descē-  
dunt nec aerea z ignea suum locum sursum pe-  
tunt z remanet adhuc indigestū z iō qñ bene ē  
vinū defecātū et lucidū atqz clarūz laudabile ē  
z amicum nature. quia tunc p̄fortatur calor e<sup>9</sup>  
quotidie tam in odore z sapore q̄z i virtute me-  
liorat nisi forsan a corrupto aere vel ab aliquo  
corrupto vase casu aliquo corrupat. nam si  
vas ipm̄ p̄tinēs corruptum fuerit z ipm̄ vinūz  
corruptū erit. ex aere corrupto z calore vel hu-  
miditate nimis distempata vinum sepe corru-  
pitur et iō nunc accessit nunc pinguescit vel to-  
taliter cōputrescit z tunc nature hominis ē pes-  
simum et maxime inimicum z ē fugiendum sim-  
pliciter vt venenum. vinum etiam vetustissimū  
in calore excedit tempamentū et ideo saporem  
mutat z colorem z tale vinū suo acumine ledit  
cerebrum z percutit mēte et sua siccitate z ca-  
liditate inflāmat substātialem humiditatē. exti-  
guit calorē naturalē z ideo si nō ē nimis recens  
nec nimis antiquū ē laudabile. **S**ed potius in-  
ter duo extrema est mediocre h̄m q̄ ab extremi-  
tate noui et veteris magis ē remotum quia illō  
ē maxime tempatum. **H**ucusqz ysaac in dietis

**De vino condito. Capitulum. clxxxvij.**

## Vinum cōditum

fit artificialit̄ ex admixtōe aromātū  
tā speciez q̄z herbarū. vt patet in vi-  
no saluiato. **I**n vino rosato et gariophilato. et  
est illud vinum pueniens tam in potu q̄z in  
medicina. virtus enim tā speciez q̄z herbarū in

mutat vinum 7 sibi pfert virtutem singularē. 7  
iō talia vina sunt salubriora 7 delicatiora quan  
do eis salubres species debito mō incorporantur  
virtus em̄ specierum conseruat vina ne defacili  
corrumpantur. vnde talia vina suo sapore de  
lectant gustum. excitant appetitum sua aroma  
ticitate pfortant tam cerebrum q̄ stomachu  
mundificant etiam sanguinem et penetrant ad  
interiora tā venarū q̄ mēbrozū vt dicit ysaac

**De vino dulci. Capitulum. clxxxviii.**

**V**inū primo dul  
ce 7 etiam tpatum in sapore p solis  
vel aeris decoctōem 7 longam ebu  
litōem corrumpitur et in acetositatem cōuertit  
tur qm̄ nō habet vim qua custodiatur vt dicit  
Ysa. in diet. in ca. de aceto. Nam p accidentalē  
calorē virtutem caloris naturalis excedētem et  
vincentē subtiliatur substantia liquozis p calo  
ris accidētalis ebullitōez 7 extinguitur calor na  
turalis. vnde vinū qd̄ primo erat substantialiē  
vel naturaliter calidum p corrumpentē calorē  
efficitur eēntialiter frigiduz 7 cōuertitur in ace  
tum. magis aut̄ siccum ē q̄ sit frigidum. mode  
rate em̄ infrigidat. s. in primo gradu sed fortiter  
desiccatur quia in. iij. gradu vt dicit idem. vnde p  
pter subtilitatem sue substantie et frigiditatis  
debilitatem pfortat defacili corpus et penetrat  
ad loca que valde sunt remota. vnde nullus ali  
us liquor acetosus vt malignanati 7 similiū ha  
bet vim penetrandi ad loca tam pfunda. quia  
talis liquor i locis vicinis opatur efficacius q̄  
in remotis. vnde qui vult infrigidare calorē sto  
machi aut alia sibi vicina mēbra vtilius vtiur  
granatorum succo q̄ aceto sed ad loca remota  
infrigidanda vtilius ē acetum q̄ succus grana  
toz vel agresta. habet em̄ vim viuacem qua di  
rigitur ad longinqua. Idcirco est dissolutiuuz  
7 extenuatiū 7 incisiuū. et iō sanguinem et lac  
coagulatum calefactum in stomacho dissoluit  
si bibatur. Est etiam acetum vt dicit idem sto  
machi pfortatiuum. appetitus excitatiū 7 au  
gmētatiū et malozum omniū ad stomachū de  
scēdentū potēter repressiuū. Est etiā ptra ve  
nenā et venenosa mortem inferentia vt est ipm  
apium iusquamū 7 euforbiū inuatiū. Hucus  
q̄ Ysa. fm̄ Oli. 7o. 7 dias. acetum forte p ositū  
sup ferrū vel frigidam humū mox ebullit fluxū.  
vētris 7 sanguinis sistit. si inuenit ventrē plenū  
soluit si vacuum ipm stringit. letargicis 7 frene  
ticis subuenit vulnēra recentia mūndificat 7 ab

luit et ipa intumescere nō pmittit. fetorem oris  
et ginginarū abluit 7 abstergit. nervos dentiu  
pcutit 7 ipos ebetes 7 stupidos cito facit. vomitū  
7 nauisā reprimat 7 cōpescit gargariatū. au  
ribus surdis subuenit et vias auditus apit. ocu  
lorū aciem exacuit. corrodit metalla et ex eis di  
uersi colores gignunt vt cerusa ex plumbo es  
viride. ex cupro lazuriū ex argento. om̄ in ace  
to dimerium p plures dies mollificat in testa.  
et eam ad modū pellicule mollē facit. Fex aceti  
valet ptra morsus serpētis cornuti qui dicitur  
cerastes similiter ptra morsus rabidi canis 7 co  
codrilli. Hucusq̄ Oli. li. xxij. c. x

**De vinatio. Capitulum. clxxxix.**

**V**inaciū 7 vinari  
um dicunt postorius vinum qd̄ cō  
pressis viuis vltimo eliquatur 7 ē q̄  
fex totius vini. Vinacia dicunt pellicule 7 aci  
ni que remanēt expresso vino 7 post collectōez  
vini extra pyciunt. vñ dicit in grecismo. pelles  
vuazum vinacia dic foze tm̄. 7 dicas acini q̄ in  
vua cernis acutus. vinacia ho libēter comedūt  
sues q̄nis modicum aut nullam pbeant eis nu  
trimentum. nā plus inflant q̄ nutriant.

**De vinaria.**

**Capitulum. cxc.**

**H**ec vinaria rie.

**H**oc cellarium vel locus vbi vinū oc  
cultatur 7 reponitur. vñ quanto lo  
cus ille frigidior ē et siccor: tanto ē aptior ad vi  
na in dolijs reposita pseruanda 7 iō excauatur  
loca lapidosa 7 subterranea vt in eis vina meli  
us pseruent. a corruptōe calidi aeris ne arefcāt  
vel alio mō corrumpantur.

**De viola.**

**Capitulum. cxcj.**

**V**iola propter vi  
olentiam odoris sic est nominata vt  
dicit Ysa. Cuius tres sunt species. s.  
purpurea. alba 7 mellina. Sed omniū folia na  
ture frigide sunt 7 aquose 7 iō solutiue. vñ vio  
le cū melle 7 aqua decocte soluunt ventrē. simili  
ter cum zucura macerent 7 i vase vitreo diu so  
li exponant. Alū sanant. laxant in flatōem. mi  
tigāt calorē febrilē alterāt sitim sedāt semen ea  
rū ptum mulierū eijcit 7 excludit. lūbricos occi  
dit calefactōi epat subuenit. herba quidē mo  
dica ē viola in substātia que recens ē melior q̄



antiqua cuius flos maximi ē odor. vnde odor eius cerebri calorem mitigat et spūs animales re creat et pfortat. somnum puocat quia cerebrum refrigerat tpat humectat. quāto flos eius ē virtuosior tanto plus inferius caput deprimat et inclinat. Item flores vernaes prius oriuntur sic se citius manifestant paruitatē eius in substantia magnitudo odoris pariter et virtutis nobiliter recōpensat vt dicit Dias.

De vimo.

Capitulum. cxcij.

**V**imus nomē ac

cepit eo q̄ in locis vlginosi et humidis melius pficit. nā in montanis et asperis minus leta ē. vt dicit *Isi. li. xvij.* radices in terra pfundit et de pfundis terre visceribus ad nutrimentum ramorum et frondium humorem sugit. ramos multos et nodosos ex se mittit et foliorum densitate vmbra viatoribus gratā facit. Est aut arbor sterilis etenim inter glandiferos a *Pli. cōputat.* flores habet subalidos et odoriferos ad modum tilie et quedam sunt grana vt cubebe. Sed ille fructus ē inutilis ei⁹ flores frequētant apes ex eis mellis dulcedinē colligentes. et quāuis quasi sterilis sit in se tñ utilis ē viti fructifere cuius fructus et palmites sursum erigit et sustētat corticem habet durū et rugosū sed lignum molle interius leuissimū ad sculpendum valde aptū sicut tilie. vt dicit *Isi.*

De vrtica.

Capitulum. cxcij.

**V**rtica ex eo ē vocata q̄ tactus eius corpus adurat.

Est em ignee nature vt dicit *Dac.* Fernida nō modice vis illius dī eē. Unde nec immerito nomē sumpsisse videt. Tacta q̄ exurat digitos vrtica tenētis. Vrtica aut ē duplex scz vrens et mordens pustulas et pruriginē etiam gignens. aspera quidem habet folia et acuta et etiam subrubea. hastulas habet angulosas et villosas. et manus tangentis vrituas. et est eē gravis odoris et subamari saporis. Et alia quidē est vrtica mortua folia habens albiora. et molliora magis rotunda. et tangētes nō exurit. florem habet nūc rubeū nūc albū et valde grauis odorio piter et saporis ē. Utraq̄ vrtica est medicinalis. nāz succus eius cum vino bibitus valet ptra histericā et ptra colericā passionem cum melle curat antiquam tussim. et mūdāt pulmonē et vētris inflatōem sedat et tumorem. so-

lia eius cum sale p̄trita vulnera sordida mūdāt et curant. similiter morsum canis. sanat etiam cā cros radix p̄trita cū vino et cocta in oleo. valet ptra tumorem splenis. succus eius fluxum sanguinis de naribus sistit. cum mirra mēstrua strigit. semen eius cum p̄cipue mixtum melli et pipi mouet venerē et puocat vrinā. herba recens cocta ventrē mollit si p̄medatur. vnde dicit *Pli.* et p̄cipit vrticā recentē cū primo crescit in marcio decoquere p̄ modum olei et comedere ptra multas corporis passionēs. vtilior tamē ē in medicina q̄ in esca.

De zizania.

Capitulum. cxcij.

**Z**izania herba q̄

dā est de qua *Isi. li. xiiij.* quas poete infelix lolium dicūt eo q̄ sit inutile et infecūdum. et feminini generis ī singulari et neutri in plurali. vt dicit idē. nascitur aut inter triticum t̄pibus corruptis atq̄ siccis q̄ diu est in herba similis ē tritico et ab eo poterit vix discerni. suffocat aut ipm triticum atq̄ ledit nisi ab eo cautius sepetur cum cautela magna. est zizania q̄ recens est eradicanda ne ppter similitudinē quam habet cum tritico vel zizanijs parcatur vel triticū sub zizanie specie euellatur. Cauti⁹ ergo vt quādo triticum a zizanijs nō discernitur vsq̄ ad messem vtrūq̄ crescere permittat. et tunc zizania p̄ semen cognita a tritico discreta per fasciculos colligant. et tritico quidem in horreis collecto. zizania p̄ fasciculos cōburantur. habet autem zizania vim acutam et quodammodo venenosam. et ideo inebriat. et mentē percutit et caput ledit. immutat saporē panis cui admiscetur et inficit. et si multa quantitate comedatur valde ledit imo quādoq̄ interimit et occidit quāuis aut noxia sit interius ī corpore ad edēdam utilis tamen extrinsecus est ad medēdum. nam si cum farina ordei et pulvere thuris ac croci immisceatur cōceptum adiunat in mulieribus atq̄ partum. mixta cū sulphure et aceto valet cōtra impetiginem serpiginem et prurium. mixta cum semine lini et in vino cocta dissoluit apostema sclerotīcū siue durū decocta cū semine cortice et radice sanat vuln⁹ et mundificat putrefactum valet etiam ptra fistulam et cōtra cancrum. mire prouocat mēstrua et mundificat matricem et disponit ac prepat ad p̄ceptum. vt dicit *Pli. et Dias.*

De zinzibere.

Capitulum. cxcv.

**Zinziber** ē radix  
berbe 7 ē calidum et humidū vt di-  
cit in plat. 7 ē aliud domesticū aliud  
siluestre. Siluestre acutiore habet saporem do-  
mestico 7 ē solidius. colore nō adeo albū s̄ facili-  
us frangitur. valet p̄tra frigiditas causas pecto-  
ris 7 pulmonis. stomachi dolorem 7 intestinoꝝ  
ex inclusa ventositate venientem mitigat 7 dis-  
solvit si vinum decoctōis eius cū cimino calidū  
assumatur. stomachum p̄fortat 7 digestionem  
p̄curat. visum acuit 7 pannuz sine telum ī ocu-  
lis extenuat 7 p̄sumit. 7 hoc melius facit dome-  
sticum q̄ siluestre quāto albius ē 7 recentius tā-  
to ē acutius 7 melius p̄ duos v̄ tres annos ser-  
uatur in bona efficacia. sed post arefcit 7 a ver-  
mibus perforat. Propter humiditatē em̄ suā  
putredini ē apparatus vt dicit ysaac. vnde qui  
vult illud diutius reservare oportet vt ponat  
inter piper vt pipis siccitate humor zinziberis  
t̄p̄etur. vt dicit idem.

De zedoario. Capituluz. cxcvj.

**Edoarium** ē ca-  
lidum 7 sicū et ē domesticuz magis  
eligēdum. 7 illud qd̄ ē magis citrinū  
tenue 7 longum in sapore acutum nō p̄fortatuz  
Siluestre ē subalbidū 7 stipticū cū acumiē mo-  
dico valet ad illa que zinziber: sed stomachum  
et corpus p̄fortat 7 appetitum puocat vt dicit  
Plat.

De zucaro. Capituluz. cxcvij.

**Zucarum vel zu-  
cara** fit de quibusdam cannis 7 arū-  
dinibus que crescunt in stagnis iux-  
ta nilum 7 illarū cannaꝝ succus dicitur canna  
mellis de qua fit zucaram p̄ decoctōem sicut so-  
let fieri sal de aqua. Canne em̄ piscate ponunt  
in lebete et decoquunt ad lentum ignem vsqz  
ad spissitudinem. 7 primo vidē ex toto trāsire ī  
spumam. sed post facta residentia spissius 7 me-  
lius petit fundū. lupius aut̄ manet qd̄ ē vacuū  
7 spumosum 7 ē minus dulce 7 foraminosum 7  
inter dentes nō crepitat q̄n̄ masticat sed euane-  
scit subito. bonū aut̄ ecōverso. bonū aut̄ positū  
in vasis rotundis ad solem durum efficit atqz  
albū. aliud aut̄ citrinū. 7 ē calidius alio. et omni-  
no nō debet in acutis febribus exhiberi. zucara  
aut̄ bona ē t̄p̄ata ī qualitatibus suis. 7 iō vt di-  
cit Isa. in diet. habet virtutē colatinam dissolu-

tiā extenuatiuam. 7 ventris absqz vlla morfu-  
ra humectatiuā. 7 stomachi mūdificatiuā. aspe-  
ritatis pectoris et pulmonis lenificatiuam. vo-  
cis clarificatiuam. tussis et raucedinis ablatiū.  
humiditatis p̄sumpte restauratiuam. pontici-  
tatis 7 amaritudinis specierū aromaticaz t̄p̄a-  
tiuam. 7 ideo summe vtilis ē in medicina in plu-  
ribus siropis vt dicit Isa. t̄n̄ aliquātulum ven-  
trem inflat p̄cipue post cibum sumpta qz om-  
ne dulce ē inflatiuum de natura. defacili etiā in  
rubeā coleram trāsinitatur si colericis tribuat.  
sicut em̄ acetositas acumē colere rubeē rep̄mit  
et extinguit sic dulcedo quasi ei p̄traria colerā  
excitat atqz nutrit vt dicit Isa. in eodē capitu.

Explicit liber decimusseptimus.

Incipit liber. xvij. de animalibus.

**Completo** tra-  
ctatu de terre ornatu q̄ ad mi-  
neralium et vegetabilū p̄prie-  
tates. quarū facit mentionem  
scriptura diuina vltimo de p̄-  
prietatibz rerum sensibilium et p̄cipue animalū  
um ē tractanduz 7 primo in generali. deinde in  
speciali de singulis animalibus bestijs. s. 7 iumē-  
tis et reptilibus quozum nomina in textu et in  
glosis inseruntur. Dicitur aut̄ aīal quod cōsi-  
st̄ ex carne et spiritu vite animatum siue sit are-  
um vt volatilia. siue aquaticum vt natatilia. si-  
ue terrenum sic sunt agrestina et gressibilia. scz  
homines. reptilia. bestie 7 iumenta. Ponit aut̄  
moyses tria animātium genera. s. iumenta. bestie  
as 7 reptilia. vt patet in Gen. j. vñ dicit basili<sup>9</sup>  
in exameron. iumenta sunt animalia in vsu et  
adiutorium hominū mancipata. 7 quedam sūt  
deputata ad laboranduz vt equi. boues 7 came-  
li 7 hmōi. quedā ad lanificium. vt oues 7 hmōi  
quedam ad vescēdum. vt sues et porci. Repti-  
lia aut̄ sunt illa que corpis p̄tractōe 7 extensio-  
ne nitunt et mouētur in anterius vt vermes ser-  
pentes 7 colubri. 7 sunt tria genera. s. traberantia  
ore vt vermiculi qui se ore trahūt. 7 sunt serpē-  
tini vt colubri qui vi costaz se rapiunt. sunt eti-  
am et repētia que in pedibus repunt. vt lacerte  
7 botrace 7 hmōi. Bestie aut̄ dicunt quasi vas-  
tie quia naturā habēt feritatis. nūc vngue seui-  
unt. nunc cornu nūc dente. vt apri. leones. lupi  
atqz tigrides. cōmuniter tamē dicūt bestie ani-  
malia indomestica que iumentū sunt ferociores  
naturaliter sed sunt seuientibus bestijs mitio-  
res. vt cerui et hmōi. In st̄ aut̄ cūctis animalū